7 L

NAZIONALE
VITT. EMANUELE
ROMA
8 H
13 — H
44
XIV C 18
Digitized by Google

Digitized by Google

NAVICVLA PETRI
OPVSCVLVM

Principibus, Baronibus, pauperibus, alijſq; Chriſtifidelibus apprime vtile.

In quo de varijs operibus charitatis, ac de populorum regimine late diſcutitur.



AVTHORE
Marco Antonio Genuenſe Neapolitano V. I. D. Epiſcopo Iſernienſi.

NEAPOLI, MDCXXIV.
Ex typographia Conſtantinij Vitalis.
SVPERIORVM PERMISSV.

ROMA COMMISSIONE GOVERNATIVA PER LE BIBLIOTECHE
VITTORIO EMANUELE BIBLIOTECA IN ROMA

Digitized by Google

BEATISSIMO PATRI
VRBANO OCTAVO
PONTIFICI OPTIMO
MAXIMO:

Marcus Antonius Genuenſis Epiſco-pus Iſernienſis,

Perpetuam fœlicitatem.

CVM primùm Sacratiſſimę Petri Nauiculę gubernaculum Tibi traditum eſt, Beatiſſime Pater, ſummo gaudio vniuerſa Eccleſia exultauit, quæ, ex rebus à te præclarè geſtis, pro comperto habeat, multos captiuos de ma-

nu Saracenorum redimendos, pleraq; loca Chriſtianorum ab Infidelibus occupata recuperanda, Chriſti fidem dilatandam, pauperes innumeros ſubleuandos, Virgines ſertis aureis ornatas tympana percutientes tua liberelitate earũ prӕſeruationem à turpitudinis loco decantantes, viduas, ac pupillos ſub tua protectione, quaſi in floridiſſimo ſponſӕ lectulo ſuaui ſomno, ac quieti potituros. Non contriſtabitur Salomon ſuper ſapienti deſpecto, aut viro bellatore præ inopia deficiente, omnes tandem à te expectant tritici menſuram abundantem, ſuper effluentem omnium, quæ iuſtè animus concupiſcere nouit. Cumq; tibi nihil iucundius fore exiſtimem, quàm ſi Petri Nauicula, cuius diuina prouidentia ſummus es Nauclerus, proceloſo huius mundi oceano gloriosè emenſo portum æternæ beatitudinis teneat, ejuſdem Nauiculæ lamen-

mentationes, ac neceſſitates, maximè pauperum miſeriam concernentes, tibi humiliter off rre decreui: quas ſi paterno oculo intuearis, fœliciſſima erit illius nauigatio. Munus certè perexiguum, quod prȩsẽtare vtiq; non auderẽ niſi tu Vicarius illius eſſes, qui in altis habitat, & humilia reſpicit. Accipe igitur meæ erga te deuotionis monumẽtum, & Dominus noſter Ieſus Chriſtus Beatitudinem tuam per longa tempora conſeruet incolumem.

Digitized by Google

Index Capitulorum.

DE conqueſtu Nauiculæ Petri; Quando Fideles captiui non redimuntur. Cap. I.

De conqueſtu Nauiculæ Petri: de diuitibus non facientibus eleemoſinā pauperibus. Cap II.

Principes Gētiles eleemoſinarij. C. III.

Snmmi Pontifices magni elemoſinarij. Cap. IV.

De Cardinalibus magnis eleemoſinarijs, atq; Epiſcopis. Cap. V.

De Principibus magnis eleemoſinarijs

rijs

rijs. viris ac mulieribus Cap. VI
Donationes diverſæ à Principibus Eccleſiæ factæ recenſentur. Cap. VII
De conqueſtu naviculæ Petri, quod multa loca Chriſtianorum ab infidelibus occupata non recuperantur præſertim terra ſanta. Cap. VIII
De conqueſtu naviculæ Petri, quando victualia diſpenſantur non laborātibus in ea. cap IX
De conqueſtu naviculæ Petri: quando à ſuperioribus denegatur audientia ſubditis. cap. X
De conqueſtu naviculæ Petri; quando Principes malè vivunt, et lætitia, quando bene ſe gerunt. cap. XI
Exempla aliqua ſingularia virtutum
prin-
Digitized by Google

Principum. *cap.* XII

De conqueſtu nauiculæ Petri: quando Gubernator deſcendit de naui, vel de puppi ad proram. *cap.* XIII

De cōqueſtu nauiculæ Petri: de diuturna vacatione ſedis poſt mortem Papæ. *cap.* XIV

De conqueſtu nauiculæ Petri: quando princeps non aſsiſtit in iudicio, & de malis Iudicibus. *cap* XV

De conqueſtu nauiculæ Petri: de principibus aliquibus imponentibus grauamina ſubditis. *cap* XVI

De conqueſtu nauiculæ Petri: quando princeps ſupremam poteſtatem committit hominibus malæ vitæ. *cap.* XVII

De

De conqueſtu nauiculæ Petri; quando viduæ dotes recuperare non poſſunt ob nequitiam Iudicum Aduocatorum, et Notariorum. Cap XVIII
De conqueſtu Nauiculæ Petri: de diligentia non adhibita in adiuuandis pauperibus tēpore cariſtiæ. C. XIX
De conqueſtu nauiculæ Petri: quando nobiles in menſa non ſeruant conſilium Auguſtini. Cap. XX
De conqueſtu nauiculæ Petri, quando nō fit illa magna eleemoſina dotādi puellas pauperes in periculo honoris conſtitutas cap. XXI
De conqueſtu Nauiculæ Petri; de Tutoribus ſpoliantibus bonis popillos. cap. XXII

De conqueſtu nauiculæ Petri: de promotis ad honores ingratis erga electores Cap XXIII

De conqueſtu nauiculæ petri: quando ſacerdotes non honorantur. C XXIV

De conqueſtu nauiculæ Petri; de occupatoribus bonorum, & iurium Eccleſiarum. Cap. XXV

De conqueſtu nauiculæ Petri, de dominis, qui pauperibus venationem, aut piſcationem prohibent C XXVI

De conqueſtu nauiculæ Petri; de diuitibus auaris, peregrinos hoſpitio nõ excipientibus. Cap. XXVII

De conqueſtu nauiculae Petri; de dominis malè tractantibus ſeruos Chriſtianos. Cap. XXVIII

De

De conqueſtu nauiculæ Petri: de ædificantibus ſuperba palatia, qui poſſent opem ferre pauperibus ſoluendo mercedem domorum conductarum. cap. XXIX

De cõqueſtu nauiculæ Petri: de ſuperfluitate in veſtibus Chriſto nudo in perſona pauperum incedente. C.xxx

De conqueſtu nauiculæ Petri: de Medicis gratis non medentibus pauperibus. cap. xxxı

De conqueſtu nauiculæ Petri: de non adiuuantibus animas in Purgatorio peccatorũ pœnas luẽtes C. xxxıı

De conqueſtu nauiculæ Petri: de non adiuuantibus conſtitutos in articulo mortis ad benè moriendum, præcipuè damnatos ad ſuppliciũ. Cap XXXIII

Finis Cap.

Index Rerum notabilium.

A

ALexandri magni ſingularis pietas erga ſenem. carte 15

Agbato ſummus pontifex oſculatur leproſum, & ſtatim lepra diſparuit. 19

S. Andreæ templum patrum Theatinorum admirabile. 24

Alfonſi tres Reges Caſtellæ magni eleemoſinarij. 31

Auguſtus viros doctos dilexit, & ad menſam admittebat. 61

Audientia Principis ſummopere commendatur. 65. & ſeq.

Audiebat non ſolum Chriſtus ad ſe venientes ſed

ibat

ibat ad eos interrogans de eorum neceſsitatibus. 66

Audientiam quia denegabat ſubditis Chilpericus Rex Galliæ fuit regno priuatus. ibid.

Audientia principis flagellum eſt potentum: & pauperum leuamen. 67

Audiret vt omnes Petrus pauper, piſcator electus eſt Vicarius à Chriſto. 67

Audiat vt omnes domus principis equiparatur Eccleſiæ. ibid.

Audiebat etiam infirmus ſubditos Rodulfus primo Imperator dicens imperatorem ſtantem mori oportere. 68

Audiret vt ſubditos Enricus imperator ſemel in die de ſero cibum ſumebat dicens priuato homini omne tempus cibi eſſe cum placet aut ſolet, at regi ſolum cum vacat. ibid.

Audientia admirabilis Clementis octaui. 69

Aduocatus captioſus laqueo ſuſpenſus à Duce Mediolani. 103

Aduocatus famoſus, & captioſus eiectus è regno Aragonum a Iacobo rege. 104

Aduocatus quidam conſuluit contra eccleſiam fuit

fuit à Papa igne combuſtus. 104
Alphonſus ſeptimi Regis Caſtellæ calamitas. car. 148
Animæ defunctorum pluribus ex cauſis iuuari debent. 179. & ſeq.

B

BOs ſenior grauius figit pedem. 101
BEnedictus vndecimus noluit agnoſcere matrem eius ruſticam veſtibus precioſis ornatam. car. 179

C

CAmerarij Papæ officium præſtare eleemoſinam pauperibus. 21
Cardinales cur pileis rubeis ornantur. 22
Cardinalis S.Carolus Borom.magnus eleemoſinarius. 22
Cardinalis S.Ceciliæ nepos Gregorij 14.magnus eleemoſinarius. 23
Clementis 8. Cardinalis Petrus Altobrandinus nepos magnus eleemoſinarius. ibid.

Car-

Cardinalis Alexander Peretus nepos Siſti V. miræ pietatis in pauperes. ibid.
Cardinalium eleemoſinariorum laus: 24
Coſtantia de Carretis magna eleemoſinaria. 35
Caſtitatis principum plura exempla. 76
Caſtitas Lucchini Viualdi reponitur caſtitati Alexandri magni, & Scipionis Africani. 78
Caroli Quinti modeſtia cum ingrederetur Mediolanum. 80
Cardinales ſi non ſunt concordes in electione pontificis poſſunt conuocare concilium generale. 93
Cardinales an poſsint ſtatuere quod electus à maiori parte collegij ſit papa, etiam ſi non ſint duæ partes. ibid.
Cardinales ſede vacante quando poſsint ſe intromittere de reſeruatis Papæ. 94
Cardinales ſede vacante an poſsint aliquando creare Cardinalem. 94
Cardinales ſede vacante an poſsint reuocare legatum de latere miſſum per papam. 95

Car-

Digitized by Google

Cardinales an exerceat iuriſdictionem quando eſt electus papa aliquid abſens, & ſedes diù quaſi uacet. 96

Cardinales eſercuerunt iuriſdictionem poſt electionem Adriani ſexti abſentis ante acceptationem. ibid.

Carolus quartus imperator, quam deuotè ſe geſſerit circa tres leproſos cibum: & potum illis miniſtrando. 127

Cognationem quandā inter homines natura poſſit ne alter alteri noceat, 142

Caudam equi S. Thomæ Cantaurienſis quidam obtruncant deſcendentes ab eis naſcuntur cum cauda. 145

Comitū de Lemos D. Petri de Caſtro, & D. Frāciſci eius fratris magna reuerentia erga Sacerdotes. 145

Caroli Martelli principis Galliæ occupatoris bonorum Eccleſiæ terribilis mors corpus in ſepulcro non inuentu. 150

Comitum duorum bellorum occupatorum iuriū Eccleſiæ horribilis mors uni facies verſa eſt retrorſum, alter à demone equum aſcendere

coactus

Digitized by Google

coactus diſparuit nec unquam viſus eſt. cap. 151

Captiuorum *redemptio ſummopere commendatur.* 1. *& ſeq.*

Captiuorum *redemptionis* Religio *Sacta* Mariæ *Mercedis inſtituta apparitione* B. Mariæ *facta aliquibus.* 3

Captiuorum *redemptio præfertur fabricæ* Eccleſiæ *& ornatui.* 4

Captiuorum *redimi debere pluribus probat* Ciprianus. 5

Captiuorum *redemptioni multi ſummi* Pontifices, *& reges operam dederunt.* 5. *& ſequent.*

Captiuorum *redemptio fuit præcipua cauſa belli Hieroſolymitani tempore Gottifreti. cap.* 5

D

Diuites *quando tenentur ad eleemoſinam ſub peccato mortali.* 9

Donationes multæ à principibus Eccleſiæ factæ recenſentur. 37. & ſeqq.

Deuotionis principum plura exempla recenſentur. 81. & ſeqq.

Decius iure conſul. non reſpondebat ſuper aliquo dubio niſi per tres dies ante Doctores ſuper eo legiſſet, 101

Diuites tempore careſtiæ poſſunt compelli cenſuris ad faciendum eleemoſinam pauperibus. car. 119

Diues tempore abundantiæ noluit exigere triticum ſibi debitum, & oblatum à ruſtico, non poteſt illud exigere tempore careſtiæ. 120

Diuites abſcondentes frumenta maledicuntur. car. 121

Diuites debet recogitare diem magnæ penuriæ, quæ ſuperueniet eis. 121

Diuitis infirmi deſperati à medicis petenti auxilium à diuitijs ne moreretur ſingularis actio. 121

Diuitiæ veræ noſtræ ſunt quecumque pauperibus elargimur, & ibi exemplum. 122

Diuitis auari nolentis vendere frumentum pau-

pe-

peribus pretio ſupportabili exemplum terribile fuit à muribus viuus comeſtus. 123
Diues an melius faciat diuidendo iulium pluribus pauperibus vel totum dando vni. 123
Diuites multi ſoliti habere in menſa diſcum eleemoſinarium in quo reponerent aliquam partẽ cibariorum pro pauperibus, qui nihil ſibi parauerat. 126
Diuites deberent habere in menſa pauperes claudes coecos. 127

E

EPiſcopi nomen non meretur, qui non eſt eleemoſinarius. 25
Eccleſia habet aurum non vt congreget, ſed vt diſpenſet. ibid.
Eccleſia debet habere aurum, non haberi ab auro. ibid.
Eccleſia bona quare dicuntur patrimonium crucifixi. 41
Epaminondae principis modeſtia vt non recuſauerit officium aptandi vias in contemptum ei

et delatum. 81

Experientia, & prudentia non venduntur in ſtudijs famoſis. 101

Expertus clara pro oſcuris habet, res paruas pro magnis vicina pro longinquis certa pro incertis. 101

Exemplum iuſtitiæ Valduini Comitis Flandriæ contra quendam, qui duos boues pauperi mulieri abſtulerat. 115

Exemplum iuſtitiæ Alfonſi regis Hiſpaniæ, contra quendam nobilem, qui pauperem ruſticũ bonis ſpoliauerat. 117

Eleemoſina an ſit danda vni vel pluribus, & quando. 123

Electi debent eſſe grati erga electores. 138

Electio miniſtrorum Eccleſiæ an principaliter fiat à Deo. 139

Electio per ſortes prohibetur. 139

Eccleſiae iurium, & bonorum occupatio magnum ſcelus. 146

Filios

Digitized by Google

F

Filios qui habet quomodo debeat facere eleemoſinam, ſecundum Auguſtinum. car. 12

Franciſcus Petrarca magno in honore habitus à rege Ruberto Neapolitano. 63

Furantur quidam gallinas S. Agnelli deſcendentes abeis naſcuntur pennati. 145

Friderici Imperatoris Eccleſiae perſecutoris, & iurium & bonorum occupatoris familia miſerè eſtinta. 149

G

Gregorius decimus tertius magnus eleemoſinarius. 21

Gottifredus, & alij principes alienauerunt ſtatum pro bello. 46

Gottifredus creatur rex Hieroſolymitanus armis, & conſilio potens religioſiſſimus ab omnibus dilectus, qui primus venia Hieruſalem aſcendit, tantae modeſtiae coronam

aurcam

auream in capite geſtare noluerit vbi Chriſtus ſpineam tulerat. 48
Gordianus Imperator filiam ſuam nuptui tradit legum Doctori obſcuri generis doctiſſimo tamen, & eloquentiſsimo. 59
Gulielmus porcellectus gallus in veſpere ſiculo ſolus viuus relictus eſt ob virtutum perfectionem. 63

H

Hoſpitale ſenum inſtituit Enricus tertius. car. 30
Hericius ſenator eleemoſinarius meruit audire, tibi, & ſemini tuo nunquam deficiat panis. car. 32
Honos multis exibitus poſt mortem. 63. & ſequent. 148
Henrici V. Imperatoris ruina.
Hieronimi modeſtia circa victum, & veſtitum. car. 171

Infames

H

INfames ſunt, qui pecuniam capiuntur. 11
Innocentius 3. octomillia pauperum alebat. car. 20
Illefonſi Sancti Archiepiſcopi toletani pietas in pauperes. 26
Iuſtinus imperator pauperum debita ſoluit in captura poſſeſsionis imperij. 31
Iſabella regina induxit Ferdinandum eius virum, ut fidem praeſtaret Chriſtoforo Palumbo pro inuentione noui orbis venditis etiam gemmis magni valoris, ac ſupellectili praetioſa. 45
Iuſtitia diſtribuitiua ſummopere commendatur. car. 54. & ſeq.
Imperatores plures eligunt hoſtem in imperatorem ad regimen aptum pro bono publico. 58
Iudices debent eſſe ſenes experti non iuuenes ſine eſperientia. 100
Iudices, qui coniudicum aſſentiã captant, aequiparantur Iudae. 103
Infidelis Deo non poteſt eſſe fidelis hominib. 112

Digitized by Google

Improbo homini qui auxilio eſt ab eo pro beneficio maleficium, & a Deo pœnam expectat. 112
tur.

L

LEo decimus dicebat in pontificatu nihil iucundum inueniſſe prater eleemoſinarum largitione. 20
S. Lodouicus Rex francorum magnus eleemoſinarius pauperes appellabat milites ſtipendiarios. filium in ſenectute obtinuit ob ingentes eleemoſinas. 28
Lex duodecim tabularum iuriſdoctores bellis intereſſe mandauit. 60
Latrones ſine iuſtitia viuere non poſſunt. 97
Leonis grati erga quendam, qui ſpinam ab eius pede euulſerat hiſtoria. 141

M

MArcianus miles ob pietatis opera ad imperium electus. 31

Mul-

Multa admiratione digna in bello ſacro acciderunt. 47

M*arcus* A*urelius* I*mpeartor gentilis orationibus Chriſtianorum ſe commendauit,& magna victoria de oſtibus retulit.* 51

M*ulieres eleemoſinariæ multæ recenſentur.* 33. *& ſeq.*

M*atiltis commitiſſa miræ pietatis in pauperes.ac deuotionis erga Eccleſ.eius laudes.* 34

M*ulierum eleemoſinariarum laus.* 36

Memorialium reſcripta non eſcuſant principes ab audientia ſubditorum. 70

M*odeſtiæ principum exempla plura.* 79. *& ſeq.*

Moyſes prius reſſit oues pen quadraginta annos, poſtea hæbreos per alias quadraginta, & quare. 102

Matthaei vice comitis Ducis Mediolani à Ducatu expulſi ſingulare reſponſum cuidam interroganti an haberet ſpem recuperandi M*ediolanum.* 109

M*ulieri pauperi quidam abſtulerat duos boues fuit ſæuerè punitus ab* A*lduino* C*omite Flandriæ.* 116

Magna eleemoſina eſt dotare puellas pauperes in periculo honoris conſtitutas. 130
Meretricem ducens in vxorem conſequitur remiſſionem peccatorum. 130
Meretricis *ſtatus quam ſit miſerabilis.* 131
Meretrice *iurante ridet cælum.* 132
Meretrix *trãſeunte* Conſule *per vrbem ſi non recedebat a via rea erat læſæ* Maieſtatis. *car.* 132
Matrimonio *iungebat puellas pauperes plures pulcherria* Imperatrix *inter alias Eudoxiam puellam pauperem, quæ dotem centum aureorum à* Patre *ſibi relictam a fratribus recuperare non poterat, Theodoſio imperatori eius fratri matrimonio iunxit. car.* 133
Medici *gratis debent mederi pauperibus, etiam ſi recuſent medicinam.* 177
Maria *Virgo apparuit cuidam medico, eumque monuit, vt gratis mederetur pauperibus. car.* 178
Medicus *excellentiſſ. fuit* Cæſar Scannapecus *Neapolitanus.* 178

Mo-

Morientes coniuuandi ad benemoriendum.
car. 184. & ſeq.
Morientes timentes Dei iuſtitiam, quomodo monendi. 185
Morientes relinquentes vxorem, & multos filios pauperes quomodo adiuuandi. 189
Morientes contriſtati propter dolores infirmitatis, quomodo adiuuandi ad bene moriendi.
car. 192
Morientes contriſtati propter iuuentutem quomodo monendi. 195
Morientes contriſtati quia relinquunt diuitias, & dignitates quomodo monendi. 198
Morientes timentes tentationes Doemonis quomodo monendi. 200
Morientes iuſti quomodo monendi ad effugiendã vanam gloriam. 201
Morientes damnati ad mortem, quo pacto iuuandi ad bene moriendum. 203

Digitized by Google

N

NObiles poſſunt diebus ieiunij ſemel cibos pretioſos commedere, dummodo dent ſuperflua pauperibus. 125
Nobiles Romani quicquid ſupererat in conuiuijs diſpenſabant pauperibus. 126
Nobilitas magna eſt eſſe bonus Chriſtianus. car. 128
Nobilior eſt vilis timens Deum quouis nobiliſſimo non timente Deum. 128
Nobiles qui contendunt Deum ſunt ignobiles. car. 129
Nobiles male viuens dicitur filius Diaboli. car. 129
Non habet euentus ſordida praeda bonos. car. 136
Nudam crucem nudus equar inquit Hieronymus diuitias ſpernens. 171

Digitized by Google

O

OBligatio antidoralis commendatur. 140
Obligatio antidoralis excuſat ab vſura, & ſimonia. 140

M

PRincipes gentiles eleemoſinarij. 13
Pauperibus vrbis Romani præſtabant gratis frumentum, oleum, & carnem ſuinam. 14
Pauperum Romanorum filios principes multi alebant. 15
Pauperum romanorum debita ſoluit Anaſtaſius Imperator. ibid.
Petrus Apoſtolus magnus eleemoſinarius. 18
Paulus primus viſitabat infirmos. 19
Pontifices ſummi magni eleemoſinarij. 17
Pilei marini Archiepiſcopi Genuenſis pietas in pauperes. 26
Principes eleemoſinarij recenſentur. 27
Pij ſecundi laus, qui Anchonæ mortuus eſt cum valida claſſe aduerſus Turcas progreſſus. 52

Pij

Pÿ quinti victoria aduerſus Turcas magnum timorem turcæ incurſit. 53
Pauli 3. laus qui multum laborauit, vt principes reconciliaret. 53
Petrus cur fuerit electus Vicarius à Chriſto, & non alÿ Apoſtoli. 56
Pius V. mandauit Epiſcopis, vt omnes idoneos ad dignitates, & beneficia ſibi ſignificarent. car. 56
Petrus lombardus theologus doctiſſimus præponitur à S. Lodouico eius fratri in epiſcopatu Pariſienſi. 57
Philippus 2. hiſpani. Rex mandat inquiri de idoneitate canonicorum Eccleſiæ Neapolitana, vt ad Epiſcopatus vacantes nominaret. 57
Principium exempla ſubditi ſequuntur ibi exempla. 71
Principis qualitates præcipuè deſcibuntur. 22. *& ſeq.*
Princeps debet reſidere in ſuo ſtatu. 86
Papa non debet diſcedere ab vrbe ſine magna cauſa pluribus rationibus. 87

Pup.

Digitized by Google

Puppim non deſerit bonus Nauclerus, vt deſcendat ad proram. ibid.
Principum itinera ſolent eſſe oneroſa ſubditis. car. 90
Principi an liceat aliquando viſitare ſtatum. car. 91
Princeps debet frequenter aſsiſtere in iudicio. car. 97
Princeps in iudicio diſsipat omne malum intuitu ſuo. ibidem.
Princeps quare dicatur habere omnia iura in ſcrinio pectoris. 98
Pauper iuxta diuum Gregorium non ſolum non auditur, ſed contrarius opprimitur. 98
Princeps non debet contradicere Conſiliarij ſapientibus. 98
Principes duo recuſantes miniſtrare iuſtitiam quas reprehenſiones tulerunt à duabus mulieribus. 99
Princeps non debet vendere officia ne virtus parui faciatur. 99
Princeps debet iudicibus praſtare ſalarium, vbi exemplum ponitur cuiuſdam principis gentilis. 100.

Pra-

Practica eſt vera intelligentia legis. 101

Plato non dabat ſtatim reſponſum conſulentibus eum. 101

Præſumptio praeda eſt contra eum qui vult redire ad officium, quod ſemel adminiſtrauit. car. 103

Principi fuit praeſentata tabula depicta in qua miles cum legi doctores præliebatur, & quem finem bellum acceperit. 104

Princeps imponens grauamina ſubditis ſine cauſa graui æquiparantur iudaeis, qui arundine percutiebant Chriſtum dicuntur etiam proditores, & eorum regimen eſt diabolicum. 105.*& ſeq.*

Princeps nunquam poteſt facere plenam reſtitutionem ſubditis, quos grauauit, qui ſi reſtituit damna non reſtituit lacrimas ab oculis emiſſas. 107

Principam tirannorum plures poenæ inter alias Principatus ad alios transfertur. 108

Principes tiranni ſolent perire morte violenta. car. 109

Princeps debet pro viribus abſtinere ne ſubditis gra-

Digitized by Google

grauentur hoſpitio militum. 110
Princeps non debet mittere Commiſſarios exactores plures ne grauent ſubditos. 110
D. *Petrus de Caſtro Comes de Lemos Prorex in regno Neapolitano reſtrinxit numerum exactorum, & Commiſſariorum non ſine magno Regni leuamine.* 111
Princeps non debet ſupremam poteſtatem regiminis committere hominibus mala vita. 111
Principum multorum ruina, ac regnorum ob regimen commiſſum hominibus mala vitae. car. 112. & ſeq.
Pauperes præcipuè adiuuandi tempore cariſtiae pluribus modis. 119
Paſſerem noluit interficere Socrates, quia ad eius ſinum confugerat. 135
Philippi pulchri Regis Galliæ vſurpatoris Iurium Eccleſiæ magna calamitas. 147
Petrus quartus Rex aragonum occupator iurium Eccleſiæ miſerè occumbuit. 148
Pij Secundi laus, & foelix obitus. 6
Pauli terzij laus ob expugnatum Tunetum. car. 7

c Piſcatio-

Piſcationem ſubditis an impediat conceſsio aquarum facta à Principe, Baronibus. 154

Peregrinorum hoſpitalitas ſummopere commendatur. 155

Peregrinorum hoſpitator miraculoſe electus Rex Poloniæ. 157

Peregrini euntes ad S. Sepulchrum benigniſsime excipiendo. 159

Palatia ſuperflua non edificanda. 167. & ſeq.

Palatia appellantur tabernacula ſepulchro domus hominum. 168

Palatia glorioſa ædificant in coelis in mercedem domorum conductarum a pauperibus locatoribus præſtant. 170

Purgatorij poenæ atrociſſimæ. 182

R

Reges Angliæ tres magni eleemoſinarij. car. 28

Robertus rex Galliæ ſola oratione mænia urbis deiecit. 50

Rex Nauarræ imponens grauia onera ſubditis,

iudicio Dei igne combuſtus: 110
Ruina Hnrici 8.regis Angliæ fuit Volſeus peſſimus conſiliarius. 113
Ruina Gulielmi primi regis Neapolitani fuit Maionus ſceleratiſſimus conſiliarius. 113
Ruina Eduardi 2.regis Angliæ Michaelis tertij Imperatoris reginæ Ioannæ primæ Neapolitanæ,& nonnullorum principum fuerunt eorũ peximi conſiliarij. 114
Rex Perſarum nunquam in menſa accumbebat niſi prius tuba coadunari feciſſet omnes pauperes, vt quod ſapererat comederent. car. 126
Romanorum magna reuerentia erga perſonas religioſas. 143
Romani habuerunt virgines veſtales in magna veneratione. 144
Romani augures in magna veneratione habuerunt,vt diſſoluerent comitia remouerent conſules, tollerent leges. 134
Rex Angliae Henricus Quintus deuotiſſimus Terræ Sanctae,& quid egerit. 162

S

SVmmi Pontifices multi laborauerunt pro recuperandis locis Chriſtianorum ab infidelibus occupatis. 51
Sumptus dum quæritur prædo graſſatur. 100
Senatores vrbis dicebantur a ſenectute. 102
Summi Pontifices multi gratiſſimi erga electores. 140
Sacerdotes ſi non honorantur deſcendit ira Dei in populum. 142
Sacerdotem ſi quis abſtrahit a cultu diuino Eccleſia probibet orari pro eo. 143
Sepulchrum ſanctum Domini etiam a principibus gentilibus in veneratione habitum . car. 160
Sepulchri ſancti laus. 161
Sepulchri ſancti deuota viſitatio Fulconis Comitis Andegauenſis recenſetur. 161
Serui a Dominis benetractandi, idque pluribus probatur. 163
Serui ſunt humiles amici, & ſunt tractandi vti fratres, & alia. 164

Serui

Serui quomodo ſint tractandi docet diuus Paulus. 165

T

Trimphus non decernebatur a Romanis alicui pro recuperato imperio ſed pro ampliato. 45

Turca viliſſimus, ac debiliſſimus eſt hoſtis ſi Chriſtiani Deo reconciliati cum eo dimicent. car. 49

Turca dicebat ſe magis timere orationem Pij V. qnam arma Chriſtianorum. 50

Turquatus Taſſus poeta illuſtris laudatur ob ſingulare poema recuperationis terræ ſanctae. 53

Traianus Imperator mortuus triumphauit in cinere. 63

Tribunus plebis non ſe abſentabat ab vrbe vltra vnam diem. 88

Taxa principis circa victualia obligat ad peccatum, & reſtitutionem. 120

Taxas principis iuſtas circa victualia deberent Epiſcopi adiuuari cenſuris. 120

tuto-

Tutorum ſpoliantium bonis pupillos magnae impietas proditio, & pluſquam latrocinium. car. 134
Tutorum latronum vindicta familia eſtinguitur egeſtas egladius ſuperuenient eis. 136
Tutores fideles erga pupillos commedantur. 137

V

VRbanus II. *ſingularibus verbis hortatur Principes ad bellum ſacrum.* 44
Vulpianus iureconſultus celeberrimus quam fuerit dilectus ab Alexandro ſeuero Imperatore. 59
Virtus Iulij Caeſaris, & Pompei magna vt cum eis in rebus arduis fuerit diſpenſata. 60
Veſpaſianus Imperator ſolo exemplo luſſum vrbis in veſtibus, & coniuuijs deleuit. 22
Viduae pauperes ſunt adiuuandae vt recuperent dotes. 115
Viduas ſingulariter tuebatur Paulus primus Papa. 116
Viduis orfanis, & omnibus pauperibus tenentur gratis

Digitized by Google

gratis munus exibere Iudices, *Aduocati*, *No-*
tarij. 117
Virginum veſtalium hiſtoria. 144
Valentiniani Imperatoris *occupatoris iurium*
Eccleſiae *infoelix exitus.* 147
Vrácae reginae Caſtellae *expilatrix rerum* Ec-
cleſiae infoelix exitus. 151
Venatio aut piſcatio an poſsint a Dominis terra-
rum probiberi ſubditis. 152
Veſtium ſuperfluarum vanitas diffuſe reproba-
tur. 171. & *ſeq.*
Veſtes ſaepe oſculabatur quidam philoſophus co-
ram principe, & ad quid. 174
Veſtem quidam religioſus dedit nudo pauperi pe-
tenti redargutus à ſocio, quod pauper eſſe
uir improbus, & veſtem ammiſsiſſet, reſpõdit
melius eſſe ammittere veſtem, quam charita-
tem. 176

FINIS.

Digitized by Google



Digitized by Google

NAVICVLA PETRI.

AVCTORE
MARCO ANTONIO
Genuenſe Neapolitano
V.I.D. Epiſcopo
Iſernienſi.

De conqueſtu Nauiculae Petri quando Captiui non redimuntur.

CAPVT PRIMVM.

DEPLORAT amariſſimè Sancta Mater Eccleſia filios ſuos captiuos Infidelium, qui facilè redimi poſſent, & non redimuntur, maximè hoc tempore, quo triginta millia captiuo-

rum, & vltra reperiuntur apud Turcas. Miſeri auari, quis vos redimet à duriſſimo, & perenni ſeruitutis diaboli iugo? Hoc redemptionis opus quàm Deo fuerit acceptum, pluribus reuelationibus innotuit.

Innocentius Tertius, dum Miſſam celebraret, vidit prope Altare Angelum Dei commutantem cum captiuo fideli Maurum, quamobrem Romæ conſtruxit Eccleſiam ſanctæ Mariæ Redemptionis: vt in eius vita.

Petrus Nolaſcus Eques nobilis Gallus omni pietatis genere præclarus, præcipuè Redemptionis captiuorum opere Illuſtris meruit, vt Beatiſſima Virgo Maria ei appareret, eumq; hortaretur, vt Religionem Redemptionis Captiuorum inſtitueret. Eodem tempore eadem Regina Cœlorum apparuit Iacobo Regi Aragonum, ac Beato Raymundo eius Cõfeſſario idem ſuadens;

Digitized by Google

quibus reuelationibus tanquam diuinitus habitis, inſtituta eſt Religio ſanctę Mariæ Mercedis à Gregorio Nono circa annum Domini 1220. Ita vt Religioſi, ex regulæ inſtituto, non ſolum operam Redemptioni Captiuorum nauant, ſed etiam ſeipſo in pignus tradunt Dominis ſeruorum pro redemptione alicuius captiui ex deſperatione propenſi ad Fidem Catholicam abnegandam, donec pecunia inuenta, ac ſoluta fuerit.

Multi ædificant Eccleſias, ornant, conſeruant vaſa ſacra, idq; credunt eis ſufficere; quamuis captiuos non redimant: certè decipiuntur: licet enim laudabilis ſit fabrica, & ornatus Eccleſiarum; id non procedit, quando adſunt fabricæ viuæ, quæ ſunt fideles pauperes, vel captiui, iuxta illud Pauli: Vos Templũ Dei eſtis: tunc ornatus Templorum ędificatio Eccleſiarum vera redem

ptio captiuorum eſt; alimonia pauperum eſt,& intentio iuris refertur prius ad fabricas viuas,quàm mortuas,quę ſunt parietes Eccleſiæ,& vaſa ſacra debent vendi pro redemptione captiuorum:ita habetur in cap. aurum 12. q.2. vbi ꝙ Chriſtus dicturus eſt in iuidicio,quare conſeruaſtis vaſa metallorum,& non vaſa viuentium? ille eſt verus theſaurus,qui operatur, quod operatus eſt Chriſtus.

Sanctus Cyprianus in Epiſt. 60. hortatur omnes ad redemptionem càptiuorum, his præcipuè rationibus:prima cum Chriſtiani ſint Templum Dei, iuxta Apoſtolum:non debemus tolerare, vt Templum Dei poſſideatur ab Infidelibus: Secunda, cum iuxta Apoſtolum: Quotquot baptizantur, Chriſtum induuntur. conſideremus in perſona captiui Chriſtum captiuum,cumq;redimere conemur,qui nos redemit

demit de ſeruitute Diaboli. Tertia, quia non ſine magno myſterio permittit Deus captiuitatem aliquorum, vt fides noſtra tentetur, an pro alio agamus, quod pro nobis fieri vellemus. Quarta, ratione præmij, vel pœnæ; ſi enim in iuditio Chriſtus dicturus eſt: Infirmus fui, & viſitaſtis me, in carceribus eram, &c. multò magis dicturus erit ſeruus eram infidelium, & à dura ſeruitute liberaſtis me: Hactenus Cyprianus.

Hæc fuit præcipua cauſa belli Hieroſolymitani tempore Gottifredi, vt liberarentur fideles miſerabilem vitam Hieroſolymis degentes à duriſſima Saracenorum ſeruitute. Habita informatione à Petro Ambienſi Eremita, qui voti cauſa Hieruſalem viſitauerat, ac Patriarchæ Hieroſolymitani literas ad Vrbanum Secundum detulerat, Pontifex in Concilio Claramonti coacto Gottifredum, alioſq; ad ſacrum bellum incitauit.

Innocen-

Innocentius Tertius magnam adhibuit diligentiam, pecuniamq; expoſuit in redimendis captiuis per literas id omnibus Principibus, ac Prælatis enixè commendans:

Ioannes Quartus initio ſui Pontificatus omnes Dalmatiæ, & Iſtriæ captiuos redemit.

Paſcalis Primus non ſolum captiuos, ſed etiam carceratos liberabat, debita creditoribus ſoluendo.

Pij Secundi quàm fœlix fuit obitus, qui pro redemptione fidelium de manu Turcarum Anconæ mortuus eſt, parauerat enim ingentem exercitum, ac claſſem, cui præſto erat, vt pro viribus Turcarum Imperium, qui Conſtantinopolim occupauerant, euerteret, ouesq; Dominicas liberaret: obtulit enim pro redemptione Populi ſe ipſum hoſtiam Deo poſt magnos labo-

res

Digitized by Google

res ob eandem cauſam antea ſuſceptos.

Pauli Tertij diligentia eſt laude digna, vt per Principes expugnaretur Tunetum, collatis etiam decimis, fueruntque liberata viginti millia Chriſtianorum captiuorum.

In bello Nauali ſub Pio Quinto aduerſus Turcas multa millia Chriſtianorum captiuorum libertatem aſſequuta ſunt.

Sanctus Ludouicus Rex Galliæ infinitos captiuos redemit.

Henricus Rex Caſtellæ teſtamento mandauit Ioanni eius filio, vt omnes fideles captiuos redimeret.

Ferdinandus Rex Caſtellæ innumeros captiuos redemit.

Eſt etiam ſumma laude dignus Matthæus quidam egregius concionator, qui ſub Calixto Tertio triremes duas exeleemoſinis contra Turcas armauerat, atque in Aſiam profectus multos captiuos liberaue

rat,

rat,quem Pius Secundus creauit Archiepi-ſcopum Roſſanenſem,vt in eius commentarijs cęteris omiſſis,ne lectorem prolixitate offendamus. Conqueritur itaq; rationabiliter Petri Nauicula,quãdo fideles captiui non redimuntur.

De conqueſtu Nauiculæ Petri,

De diuitibus non facientibus Eleemoſinam Pauperibus.

CAPVT SECVNDVM.

COnqueritur vehementer Petri Nauicula de Diuitibus non facientibus Eleemoſinam pauperibus ſub varijs coloribus, & excuſationibus:quare vtile duxi, breuiter oſtendere,

quando

Digitized by Google

quando Diuites teneantur ad Eeleemoſi-
nam ſub peccato mortali: in quo arti-
culo Doctores Scholaſtici diſtinguunt;
quod aut Pauperes ſunt in extrema ne-
ceſſitate, & tunc tenentur Diuites ad ele
emoſinam non ſeruata decentia ſtatus,
diminuendo Equos, & alia, quia in extre
ma neceſſitate omnia ſunt communia:
dicitur autem extrema neceſſitas, quan
do quis reperitur in tali ſtatu; vt ſit de
proximo moriturus, vel infra breue tem
pus: Tales ſolent eſſe, qui tempore cari-
ſtiæ hyeme veſcuntur herbis, æſtate ſe-
quenti moriuntur: aut pauperes non
ſunt in extrema neceſſitate, ſed graui, vt
ſi perſona honeſta habeat plures filias
nubiles, quas nuptui tradere nequit,
quamuis cum præſentibus redditibus
poſſit ſe ſubſtentare, & tunc diuites te-
nentur ad eelemoſinam de ſuperfluo,

ſeruata tamen decentia ſtatus, aliàs pec-cant, mortaliter, quod apertè probatur in ſacra Scriptura, dum Chriſtus in Iudicio dicturus eſt: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, ſitiui, & non dediſtis mihi bibere, infirmus eram, eſuriui, &c. Et clarum eſt, omnes iſtas neceſſitates à Chriſto referendas non eſſe extremas neceſſitates; tenentur itaq; ad eleemoſinam Diuites, etiam ſtante tantùm graui neceſſitate pauperum. D. Th. in 4. d. 15. q. 2. ter. 1. quol. 3. S. Ant. part. 2 tit. 1. c. 24. ss. 4 Richard: d. 14. in 4: Nic: de Lyra ſup. Ioan. 3 Sylu. Tabien. Armill. Nauar: Tolet. & alij: hæc igitur eſt communis concluſio Scholaſticorum; nihilominus dicta Sanctorum terrent, qui tenent eelemoſinam eſſe faciendam à Diuitibus de ſuperfluo indigentibus etiam non in graui neceſſitate conſtitutis.

Digitized by Google

ſtitutis. Hieronymus inquit, aliena rapere conuincitur, qui vltra ſibi neceſſaria retinere probatur: Idem Ambroſ. Auguſt. Baſil. in hom. de diuite Epulone inquit illum diuitem fuiſſe damnatum; ex quo ſuperflua non diſpenſauit pauperibus: idem Chryſoſt. hom. 34. ad Pop. Antioch. Vnde Cardinalis Toletus de Inſtructione Sacerdotis cap. 35. quamuis non recedat ab opinione Scholaſticorum, tamen dicit propter dicta Sanctorum eſſe valde timendum. Hæc neceſſitas grauis juxta Scholaſticos ſemper reperitur in Ciuitatibus: infœlices igitur diuites auari; nihil miſerius, quàm propter numum Deum contemnere c. duo ſunt. 12. q. 5. & homo, qui pecunia capitur, inter infames connumeratur. c. infames. 3. q. 6. rationabiliter igitur conqueritur Petri Nauicula de diuitibus

non adiuuantibus pauperes. Summa laude dignus eſt Beatiſſimus Ioachim Pater Glorioſiſſimæ Virginis Mariæ, eius redditus in tres partes diuidebat, vnam ſibi, alteram Templo, tertiam pauperibus applicans. O fœliciſſima domus tam Deo grata, vt meretur eſſe Pater Reginæ Cœlorum. Eſtote, o ſeri auari, imitatores Filij Dei, qui, vt ait Apoſtolus, cum eſſet diues factus eſt pro nobis egenus: Singularia ſunt verba Auguſtini in c. ſi quis iraſcitur 13. q. 2. Si tibi eſt vnus filius, fac vt alter ſit Chriſtus, ſi duo, tertius ſit Chriſtus, ſi decem, vndecimus Chriſtus. Conqueritur igitur iuſtiſſimè ſancta Mater Eccleſia de diuitibus non facientibus eleemoſinam, ad quorum maiorem confuſionem plura exempla Gentilium, & fidelium Eleemoſinariorum in ſequenti capito adducemus.

Princi-

Principes Gentiles Eleemoſinarij.

CAPVT TERTIVM.

PIetas, & Eleemoſina in pauperes magno fuit in pretio etiam apud Gentiles, quorum aliqua exempla enarrabimus ad confuſionem nonnullorum fidelium auaritiæ ſectatorum.

Caius Gracchus Romanus Tribunus Plebis lege ſanciuit frumentum vendi pauperibus Vrbis viliſſimo pretio.

Clodius Tribunus plebis mandauit gratis præſtari frumentum pauperibus.

Iulius Cæſar Dictator taxauit numerum pauperum ad centum millia:

Cæſar Auguſtus ampliauit numerum vſque ad ducentum millia. Tibe-

Tiberius Cæſar alioqui peſſimus, ac omnibus vitijs pollutus adauxit numerum, & alij Imperatores paſſim augmentarunt, vt tandem abſque numero omnibus pauperibus Vrbis gratis erogaretur frumentum, oleum, & caro ſuina, vt pulchrè per Lipſium.

Idem Tiberius Nero, cum magna pars Vrbis igne abſumpta eſſet, miſerans calamitatem Dominorum domorum combuſtarum eis ex propria pecunia duo, & vicies centena millia aureorum dono dedit, & aliàs debitoribus multis ab vſurarijs carcere vexatis mutuo dedit quindecim centena aureorum millia gratis per triennium, vt à carceribus liberarentur.

Nero omnium ſceleratiſſimus cum Vrbs Lugduni in Gallia tota igne conflagraſſet miſerans ciuium ſtatum centum millia aureorum ad eos miſit. Ner-

Digitized by Google

Nerua Imperator omnes filios pauperum vrbis ſuis impenſis alebat.

Titus Imperator vir fuit ſummæ pietatis in pauperes, ac etiam filios pauperum Romanorum alebat.

Antonius Pius magna in pauperes eſt vſus liberalitate.

Marcus Aurelius Imperator pariter in egenos liberalis fuit.

Anaſtaſius Imperator in captura poſſeſſionis Imperij mandauit ex Aerario publico ſolui omnia debita Ciuium Romanorum.

Non eſt ſilentio inuoluenda pietas Alexandri Magni erga ſenem militem hyeme frigore frigentem, ac pœne defunctum; proprijs enim manibus, quibus Darium Perſarum Regem vicerat, è ſede Regia deſcendens pauperem ſenem in ea prope ignem collocauit, quod apud Perſas

erat

erat capitale crimen, & alia exempla pietatis ponit Valerius Maximus, ad quem remitto lectorem.

Sed non prætereamus magnum pietatis actum cuiuſdam Gentilis Ciuitatis Herculeæ, olim prope Neapolim conſtructæ, nunc verò temporis vetuſtate deſtructæ iuxta Caſale Reſinæ; tempore enim caritatis annonæ omne eius frumentum magnæ quantitatis loci pauperibus dono dedit, meruitque in eius memoriam, ac laudem Epitaphium in marmore incidi, quod hodie aſſeruatur in Atrio Eccleſiæ ſancti Antonij Abbatis ſuburbij Neapolitani.

Digitized by Google

Summi Pontifices magni Eleemoſinarij.

CAPVT QVARTVM.

INter Fideles primum loco obtinent Summi Pontifices, qui ferè omnes fuerunt in pauperes liberales; de illis enim tradit Euſeb. lib. 4. c. 22. Romorum Epiſcopum conſuetudinem aſſiduè, etiam vſque ad perſecutionem ſua ętate graſſantem, fuiſſe obſeruatam, vt omnes fratres afflictos non tantùm Romanos, vel Romæ præſentes, ſed cuiuſcumq; gentis ac linguæ, & vbicumque conflictatos varijs beneficijs afficerent, exemplo Chriſti boni

Paſtoris qui turbarum millia panibus, ac piſcibus non ſemel recreauit, inſuper & Petro nihil magis, quàm vt oues paſceret, iniunxit. Is verò poſt rerum ſacrarum participationem, fractionem panis etiam circa domos obſeruauit, ac pauperum miniſterio ſeptem probatæ vitæ Viros deſignauit, qui neceſſaria fidelibus tribuerent. Paulus etiam à Petro doctus collectis vbicumque locorum faciendis fratribus vel Hieroſolymis vel alicubi locorum egentibus ſubmittendis incubuit. Aliquos tamen (ſine aliorum iniuria) ſpecialiter recenſebimus.

Gregorij Magni pietas per omnium ora vagatur, pauperum nomina ſcripta habebat, eos ad menſam admittebat, quod adeo fuit Deo acceptum, vt Chriſtus ſemel, & iterum Angelus in forma pauperum

perum in eius menſa accumberent.

Sanctus Syluester Summus Pontifex fuit admodum in egenos liberalis, eorumque nomina deſcripta habebat:

Gregorius Quintus ob ingentes eleemoſinas Gregorius Minor nuncupatus fuit.

Pauli Primi tanta fuit pietas, vt nocte paucis familiaribus comitatus infirmos in eorum domibus viſitaret, verbis, & eleemoſinis non minimum ſolatium eis præbens, plurimorumque debita creditoribus ſoluebat, pupillos, viduas alebat, ac tutabatur maximè aduerſus nequitias Curialium:

Gelaſius Papa fuit Magnus Eleemoſinarius.

Sanctus Agatho Summus Pontifex tanti fecit pietatis opera, vt cum obuiam habuiſſet leproſum eum deuotiſſimè oſculatus eſt: ſtatimque lepra diſparuit.

Leo Nonus leproſum in proprio lecto collocauit, vt eum proprijs manibus tanquam Chriſtum curaret.

Innocentius Tertius octo millia pauperum pubplicè alebat, vltra eleemoſinas ſecretas eorum, qui ob verecundiam palam petere non audebant. Hoſpitale famoſum, ac præclarum ſancti Spiritus in Vrbe conſtruxit, & Eccleſiam ſanctæ Mariæ Redemptionis Captiuorum.

Leo Decimus magnus fuit elemoſinarius, per Vrbem enim equitabat, burſam aureis plenam deferens, quos proprijs manibus pauperibus certatim ad eum accurrentibus erogabat, ac dicere ſolitus erat: In ſummo Pontificatu nihil ſibi iucundum inueniſſe præter eleemoſinarum in pauperes diſpenſationem, & alijs prætermiſſis, ne prolixitas faſtidium generet.

Grego-

Digitized by Google

Gregorius Decimustertius omni pietatis genere præclarus vicies centena millia aureorum in pauperum eleemoſinas erogauit.

Omnes Pontifices Camerarium habent, cuius officium eſt tribuere victualia pauperibus Gloſſ. in cle. ne Romani de elect.

De Cardinalibus Magnis Eleemoſinarijs, atque Epiſcopis.

CAPVT QVINTVM.

ET ſi omnes militare debent ſub vexillo Charitatis, quæ eſt vexillum Nauicula Petri, ſi illam ſanctam Ciuitatem Hieruſalem Cœleſtem ingredi cupiant, nulli tamen id magis

conue-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

conuenire videtur, quàm Cardinalibus, qui ſpecialiter præ alijs Charitate ardere profitentur, dum rubeis veſtibus ornantur: ad hoc enim Innocentius Quartus duodecim Cardinalibus Lugduni à ſe creatis totidem pileos rubeos miſit, vt ſcirent, ſe debere præ alijs eſſe charitate feruentes, ac paratos caput ponere, ſanguinemque effundere pro Eccleſia.]
Horum longa ſeries texeretur, qui varijs charitatis operibus coruſcarunt, ſed breuitatem ſectantes aliquos noſtra tempeſtate ſumma pietate micantes ſubnectemus, qui velut ſidera cœlum, ſic Eccleſiam, ſacrumque Collegium illuſtrarunt.

In primis ſeſe offert Beatiſſimus Carolus Borromeus tantæ pietatis Vir, vt cum aliud non haberet ſtragula, & omnem pretioſam ſuppellectilem in pauperes eroga-

erogaret, vltra eius ampliſſimos redditus.

Cardinalis ſanctæ Cæciliæ Paulus Sfondratus nepos Gregorij Decimoquarti deducto honeſto victu pro ſe, & familia obiectis etiam vaſis argenteis pijs vſibus pauperum orphanorum,& aliarum miſerabilium perſonarum omnes redditus aſſignauit.

Cardinalis Petrus Aldobrandinus nepos Clementis Octaui ſeptuaginta millia aureorum quotannis pauperibus erogauit inſtituta pro infirmis Vrbis pauperibus inſigni Aromataria, in cuius vſum decem, & octo millia aureorum ſingulis annis expendebantur. Templis etiam quamplurimis extructis,ac reparatis.

Cardinalis Alexander Peretus nepos Sixti Quinti hic quidecim centena millia aureorum

reorum in eleemoſinas diſtribuit, quæ ex libris conſtant, vltra alias innumeras non deſcriptas: Inter alia opus illuſtre aggreſſus eſt præclarum ædificium Eccleſiæ ſancti Andreæ Apoſtoli Patrum Theatinorum aſſignatis duodecim millibus aureorum annuis in eius ſtructuram præter continuas eleemoſinas dictis Patribus collatas: opus certè miro artificio, picturæ varietate, ac Cappellarum ſplendore admirabile. è viuis exceſſit hoc anno 1623 tanto Vrbis mœrore, ac præcipuè pauperum luctu, vt non nulla mœſtitiæ ſigna dederint officinæ nigri coloris pannis contectæ, Sol aureus in via peregrini. radijs nigris velut plorans, ac ad Eclypſis inſtar apparebat. O fœlices Cardinales quot eleemoſinas feciſtis, tot pretioſos lapides veſtro diademati inſeruiſtis, palatia pergrandia

grandia in Cœleſtibus ædificaſtis: In cœleſtibus enim Sanctorum habitatio erit, & ibi requies eorum: verè theſaurizaſtis, iuxta Euangelium, in cœlo. Fama, odor veſter innumeros à charitate deuios attrahit, atque in ea conſolidat, & confouet. Hæretici confunduntur, Eccleſia miro ſplendore coruſcat: O verè Cardinales quorum exemplis Chriſti Fideles, velut porta in cardine ſuſtentantur.

Epiſcoporum eleemoſinæ quàm fuerint ingentes omnium ſanctorum Epiſcoporum vitæ teſtantur; Epiſcopi enim, niſi ſint eleemoſinarij, nomen Epiſcopi non merentur c. gloriæ 12. q. 2 Et aurum habet Eccleſia non vt congreget, ſed vt diſpenſet c. aurum 12. q 2. & benè dicit, habet aurum Eccleſia, quia debet habere aurum, non haberi ab auro, domina-

Digitized by Google

ri auro, pauperibus diſpenſando, non ſer uire auro theſauros congregando: longum quidem eſſet Epiſcoporum eleemoſinas exarare; duo tantum exempla non præteribimus, vnum ſancti Illefonſi Archiepiſcopi Toletani; hic vltra immenſa pietatis opera, quibus viuens coruſcauit, mandauit perpetuò ſingulis diebus in Palatio Archiepiſcopali Toletano triginta pauperibus victum præſtari, quod ad hæc vſque tempora ſeruatur; alterum Pilei Marini Archiepiſcopi Genuenſis, omnes etiam redditus ſuæ Eccleſię quatuor egregijs viris pauperibus erogandos commiſit; horum munus officium miſericordiæ nuncupabatur, quod temporis progreſſu à Republica, ac Summis Pontificibus magnum incrementum accepit; ſupradicti etiam Cardinales fuerunt Epiſcopi, ſed omiſſis

Epiſco-

Digitized by Google

Epiſcopis, quorum pietas in pauperes videtur eſſe naturalis migremus paulilper ad Laicos.

De Principibus magnis Eleemoſinarijs Viris, ac Mulieribus.

CAPVT SEXTVM.

MAgnus Eleemoſinarius inter omnes Principes fuit ſanctus Ludouicus Rex Francorum, pauperum immenſam multitudinem quotidie alebat, eiſque proprijs manibus miniſtrabat, ad eius menſam admittebat, & quod admiratione dignum eſt, de mane, mutato habitu, eleemoſinam pauperibus in porta Palatij expectantibus, ac Regem dor-

Digitized by Google

mire exiſtimantibus præſtabat, qui ſemel à quodam Aulico cognitus, & interrogatus, cur id ageret? Reſpondit: hi pauperes mei ſunt milites ſtipendiarij, qui continuò aduerſus noſtros hoſtes orationibus pugnant, Regnumque Franciæ cuſtodiunt: In ſenectute ob ingentes eleemoſinas filium à Deo impetrauit præter omnium ſpem.

Sanctus Oſuardus Rex Angliæ, dum eſſet in menſa, craterem argenteum pauperi eleemoſinam petenti erogauit. Epiſcopus ſecum accumbens manum eius oſculatus ſic affatus eſt, nunquam hæc manus exſiccetur, quod poſt eius obitum euenit; omnibus enim coporis membris conſumptis manus, ac ſi viui hominis eſſet, incorrupta permanſit.

Sanctus Eduardus Rex Angliæ fuit etiam magnus eleemoſinarius, ſemel annu-

lum

lum magni pretij pauperi eleemoſinam nomine ſancti Ioannis Euangeliſtæ petenti dedit, qui poſtea fuit ei miraculoſè reſtitutus à quodam Peregrino ab Hieroſolymis redeunte. Hic in eius Palatio pauperem infirmum abſque alterius auxilio ambulare nequeuntem cum vidiſſet, eum deuotè ſuis humeris à Palatio vſque ad Eccleſiam detulit.

Aluedrus Rex Angliæ fuit magnus eleemoſinarius, ſemel pauperi fruſtum panis petenti, cum libenter dediſſet, nocte ſequenti apparuit ei ſanctus Eudebertus dicens ſe fuiſſe illum pauperem, cui die precedenti panem donauerat, vtque bono animo eſſet (angebatur enim Rex ob validum hoſtem, qui eius Regnum inuaſerat) Hac apparitione roboratus die ſequenti cum eo conflixit, magnamque victoriam retulit.

Philip-

Philippus Primus, qui theſauros Imperij diſpenſandos tradidit ſancto Laurentio.

Tiberius Secundus Imperator fuit magnus eleemoſinarius, qui duos ingentes theſauros miraculosè inuenit.

Henricus Primus Imperator fuit etiam vir magnæ pietatis in pauperes, de quo tradit petrus de Natalibus quondam ſanctum Patrem in eſtaſi raptum vidiſſe Henricum ad iudicium adductum, ac in vna parte ſtateræ poſita omnia peccata, in altera calicem ab eo donatum Eccleſiæ ſancti Laurentij, cuius pars præponderauit; victi Dæmones aufugerunt ipſo ſalutis compote.

Henricus etiam Secundus, qui Beneuentum Eccleſiæ donauit.

Henricus Tertius, qui Hoſpitale Senum inſtituit.

Alphonſus magnus Rex Hiſpaniarum the

Digitized by Google

ros omnes in egenorum leuamen, non in propria commoda diſpenſabat.

Alter Alphonſus Rex Caſtellæ in pauperum leuamen pretioſam ſuppellectilem alijs pignori tradebat; & alter etiam Alphonſus fuit magnus eleemonarius.

Iuſtinus Imperator poſt adeptam Imperij poſſeſſionem omnium pauperum debita ſoluit.

Marcianus Miles genere ignobilis, pietate nobiliſſimus, dum iret ad bellum; reperit in via cadauer hominis occiſi pietate commotus ſuis proprijs manibus effoſſa terra ſepulturę tradidit, captus à Curia tanquam malefactor parum abfuit, quin pœnas daret, niſi caſu verus malefactor cognitus, ac captus fuiſſet. permiſſit Deus, vt tantæ pietatis Vir per gradus militiæ incedens, poſtremò ad Imperium

perium fuerit euectus Theodoſio iunio-re prope mortem id mandante Pulche-riæ eius ſorori Virgini ſanctiſſimæ, quam ſociam Imperij habuerat, vt Marciano nuberet, ſalua tamen Virgi-nitate.

Placidus Pater ſancti Euſtachij nondum baptizatus eleemoſinarius, dum vena-tioni vacaret, Chriſtum Crucifixum meruit intueri in medio cornuum Cer-ui, quem inſequebatur ſibi dicentem, eleemoſinæ tuę me tibi notum reddide-runt, qui poſtea vnà cum vxore, & filijs baptiſma ſuſcepit.

Henrici Senatoris Vrbis magna fuit in pauperes pietas, dum enim tempore ca-ritatis annonæ omnia in pauperum ali-monia m diſpenſaſſet, hanc vocem cœli tus emiſſam audire meruit. tibi, & ſemi-ni tuo nunquam deficiet panis. Alios miſſos facimus breuitatis cauſa.

Digitized by Google

Mulieres Eleemoſinariæ.

INter Mulieres Eleemoſinarias primo loco collocemus ſanctiſſimam Luciam genere, & pietate nobiliſſimam, hęc in medio tormentorum eleemoſinæ reminiſcebatur Tyranno dicens verum eſſe ſacrificium egenis ſubuenire, quod re ipſa comprobauit diſpenſatis omnibus ſuis bonis pauperibus.

Sanctiſſima Pulcheria Imperatrix, ac Theodoſij Imperatoris ſoror omni pietatis genere inſignis largas eleemoſinas innumeris pauperibus diſtribuit, dotes infinitis puellis conſtituit, Eccleſias quamplurimas extruxit, ac reparauit.

Digitized by Google

Placilla vxor Theodoſij Imperatoris inter eleemoſinarias emicat; eius hortatu vir ſubditos innumeris tributis leuauit; hoſpitalia frequenter viſitans proprijs manibus infirmis miniſtrabat.

Enitet inter mulieres omni virtutum genere pręſtantiſſima Comitiſſa Matildis in vita, & in morte. Sic operibus Charitatis addicta, vt eius ampliſſimi Patrimonij Eccleſiam hæredem inſtituerit; ad eam tanquam miſericordiæ fontem omnes egeni viri, ac mulieres accurrebant. Legitur in eius obitu in Agro Senenſi ſanguinem pluiſſe. Hæc Conſtantino, & Carolo Magno quoad Eccleſiæ ditationem comparatur.

Caſilda ſancta Captiuis cibos deferebat, ſemel in flores, roſaſque mutatos in ſinu, cum Pater interrogaſſet, quid ferret.

Iſabella Dioniſij Regis Portugallæ vxor fuit

Digitized by Google

fuit omni pietatis genere præſtans.

Eliſabetta etiam Regina Portugalliæ fuit magna eleemoſinaria.

Malfada pariter Regina Caſtellæ pietatis operibus refulſit.

Regina Caſtellæ mater Ioannis Regis ita eleemoſinarum largitione refulſit, vt mater pauperum appellaretur.

Nota est pietas ſanctæ Eliſabettæ Reginæ Vngariæ ſanctæ Paulæ Diſcipulæ, Diui Hieronymi, & quamplurimarum mulierum, quas breuitatis cauſa omittimus, non tamen præteribimus mulierem noſtra tempeſtate ditiſſimam, ac pijſſimam Neapoli commorantem, Conſtantiam de Carrettis; hæc omnes eius ampliſſimos redditus in pauperum ſubuentionem diſpenſauit, Eccleſias plures ædificauit, & reparauit, puellas innumeras matrimonio collocauit, eius auxi

lio multæ meretrices ad pœnitentiam conuerſæ, ac pia loca inſtituta fuerunt, vt vera mater pauperum nuncuparetur; eius obitus maximo omnium mœrore auditus eſt. O Beatæ Mulieres vos eſtis ſtellæ ardentes, quarum lumine Nauicula Petri fœliciter nauigat, auari confunduntur, ad pietatis opera omnes accenduntur; immo coguntur in ſexu fragili tam excelſa opera admirantes.

Donationes diuerſæ à Principibus Eccleſiæ factæ recenſentur.

CAPVT SEPTIMVM.

Conuenit huic loco, vt ad aliorum exemplum, Principum pietatem erga Eccleſiam, pauperum matrem, ac donationes

nationes ei factas breuiter deſcribamus.

Conſtantini Magni ampliſſima donatio Eccleſię facta per omnium ora vagatur; de qua licet olim aliqui dubitauerint; hodie ceſſat omnis difficultas; tum quia Imperator in coronatione iurat Conſtantini donationem non infirmare clc. 1. de iure iurando; tum etiam quia Imperium hodie habetur ab Eccleſia.

Pipinus Francorum Rex Exarcatum, & Pentapolim Prouincias Stephano Tertio donat.

Carolus Magnus Pipini filius donationem patris confirmat, nouiſque donationibus cumulat ſub Adriano Primo.

Aripertus Longobardorum Rex Alpes Cottias à Maioribus ſuis iniuſtè occupatas Apoſtolicæ Sedi reſtituit ſub Ioanne Sexto.

Caſimirus Poloniæ Rex debellatis hoſtibus

bus Regnum ſuum Beato Petro ex voto vectigale fecit ſub Gregorio Sexto.

Specienus Boemiæ Rex à Pontificis Legato Regali Corona inſignitus centum argenti libras ſingulis annis Apoſtolicæ Sedi ſoluere promiſit ſub Nicolao Secundo.

Stephanus Primus Vngariæ Dux à Silueſtro Secundo Regia Corona donatus Regnum Vngariæ Sedi Apoſtolicæ donat.

Demetrius Croatiæ, & Dalmatiæ Dux à Gregorio Septimo Regali Corona donatus annuum cenſum Beato Petro ſe ſoluturum promittit.

Gregorio Septimo Matildis fœmina præclariſſima patrimonium ſuum in Tuſcia, & Lombardia Apoſtolicæ Sedi donat.

Petrus Primus Aragonum Rex Regnum Aragoniæ Beato Petro vectigale fecit ſub Vrbano Secundo. Inno-

Digitized by Google

Innocentius Secundus Rogerium Siciliæ Comitem Regio Titulo ornat, & Apoſtolicæ Sedis feudatarium facit.

Alexander Tertius Regiam Coronam mittit Alphonſo Portugalliæ Duci, qui Lutio Secundo Regnum Portugalliæ vectigale fecit.

Adrianus Quartus Henrico Secundo Angliæ Regi Hiberniç Regnum reſeruato ſedi Apoſtolicæ à nouo cenſu concedit.

Ioannes Angliç Rex Regnum ſuum Beato Petro vectigale conſtituit ſub Innocentio Tertio, cenſum auxit Rex Edelphus.

Reginaldus Rex Inſulæ Moriæ in Hibernico Mari Regnum ſuum Apoſtolicæ ſedi donat ſub Honorio Tertio.

Henricus Lantgrauius diuerſa Caſtra Moguntinenſe, Treuerenſe, & Herbipolenſe Apoſtolicç ſedi donat ſub Vrba Sexto.

Digitized by Google

Ludouicus Pius donationes prędeceſſorum confirmat, vt dictum eſt.

Otho Primus Imperator Eccleſiæ patrimonia à Tyrannis occupata illi reſtituit, ac donationes prædeceſſorum confirmat ſub Ioanne Duodecimo.

Henricus Primus Imperator donationes Apoſtolicæ ſedi factas confirmat, eamque nouis donationibus auget ſub Benedicto Octauo, & alij Imperatores prædictas donationes confirmarunt. Alias donationes, & oblationes miſſas facimus breuitatem ſectantes. Has referre libuit ad aliorum exemplum, vt, ſi eleemoſinæ ſunt pauperibus faciendæ, multò magis Eccleſiæ Matri Pauperum, cuius bona dicuntur per Vrbanum Papam patrimonia pauperum, & pretia peccatorum; dicuntur etiam Patrimonium Crucifixi c. cum ex eo de electio.

in

Digitized by Google

in 6. Conſtantinus enim Imperator, & alij Principes, & fideles, qui Eccleſiæ bona obtulerũt, & offerunt intuitu Crucifixi, id agunt, vt mereantur eſſe participes meritorum paſſionis Chriſti, & remiſſionem peccatorum conſequantur. Cònuenienter igitur res Eccleſiæ patrimonium Crucifixi nuncupantur. Supradictas donationes, & alia loca Eccleſię recenſet poſt alios Bzouius in lib. Roman. Pontifex c. 41.

De conqueſtu Nauiculæ Petri: quod multa loca Chriſtianorum ab Infidelibus occupata non recuperantur, præſertim terra ſancta.

CAPVT OCTAVVM.

Conqueritur ſancta mater eccleſia de nonnullis Principibus, qui inter ſe aliquando diſſidẽtes fuerunt in cauſa, vt Imperium Turcarum dilataretur, multaq; loca Chriſtianorũ non ſine ignominia chriſtiani nominis fuerint ab illis occupata: etenim ab anno 1465. vltra Imperium Conſtantinopolitanum Turcæ duodecim Regna, & ciuitates ducentum chriſtianorum

ſibi

ſibi ſubiugauerunt in graue detrimentum eccleſiæ; fuere loca ſacra, in quibus vero Deo cultus exhibebatur, ſpurciſſimi, ac nefandi Mahometis veneratione polluta: altaria profanata, contaminatum percelebre Vrbis Conſtantinopolitanæ ſanctæ ſpoliæ Templum, ac magni Turcæ ſtabulum effectum fideles ſub immaniſſimo Tyranno vitam omnium infœliciſſimam degunt; loca ſancta ſacratiſſimis pedum Saluatoris veſtigijs honeſtata ſceleſtiſſimorum hominum pedibus conculcata. Magnus certè & rationabilis eſt eccleſię conqueſtus.

Excuſantur aliqui Principes, eo quod viuunt in pace cunctis mortalibus optata, quibus reſpondit iam Vrbanus Secundus in Concilio Claramontano, dum Principes hortaretur ad ſacrum bellum,

quod viuunt in pace, ſed cum ignominia, ac magno opprobrio, & præſtat glorioſè mori, quàm turpiter viuere, ſi .n. pro defenſione minimi honoris, & bonorum bella ineunt inter ſe ſibi, populisq. pernitioſiſſima, pro religione, pro Chriſto non habebunt, neque manus, neque pedes, neque arma, pro communi ſanctæ fidei periculo, pro qua tot millia Sanctorum Martyrum ſanguinem fuderunt.

Eos confundit: Primò, Claudius Secundus Imperator gentilis: hortatus ad vlciſcendum inimicorum ſuorum iniurias, renuit, ratus ſibi magis incumbere recuperationem ſtatus Imperij, iniuriamq. publicam eſſe priuatæ præferendam.

Secundò, eos erubeſcere faciunt antiqui Romani, qui non tantùm recuperationem,

nem, ſed Imperij dilationem adeo intẽdebant, vt triumphum pro ampliato tã-tum, non pro recuperato Imperij ſtatu Victori decernerent. Si reſurgerent Iulius Cæſar Dictator, Alexander Magnus, Cæſar Auguſtus, aliquorum Principum ingentem deſidiam deriderent, vel certè ſtupefacti deplorarent:

Tertiò, eos conuincit omni laude digniſſima Regina Iſabetta vxor Ferdinandi Regis Catholici; hæc virum induxit, vt Chriſtophoro Columbo inuentionem noui maris promictenti, quem ante repulerat, aurem, fidemq. præberet; arma naues, militesq; ſuppeditaret; ipſa etiam omni pretioſa ſuppellectili, ac gemmis magni valoris venditis, ſuppetias tulit, vt dilatato Imperio Chriſti fides per nouum orbem diffunderetur.

Quartò, eos obmuteſcere faciunt Gotrifre-

dus

dus, & alij nobiliſſimi Principes, qui ſacrum bellum tam alacriter ſuſceperũt, vt ſe, ſuaq; contemnentes nihil præter Dei gloriam expeterent, commoditates delitias nihilo penſitantes, quæuis etiam pericula ſubeuntes. Gottifredus eius ampliſſimum Bulionis Ducatum vendidit; Dux Normandiæ Comitatum Conſtantiæ alienauit, ac Ducatum pignori dedit: Arpinus Comes Burgenſis hanc Vrbem Regi Galliæ aureis ſexaginta mille vendidit; mulieres non viros, non filios lacrymis à ſacro bello diſtinebant, ſed ad illud eos hortabantur, pleræque eos comitatæ ſunt, torques, armillas, gemmas, & quauis pretioſa alienantes, vt illis opem ferrent.

Quintò, quam Deo fuerit gratum bellum pro recuperatione ſacrorum locorum

mul-

multa admiratione digna in eo patrata oſtendunt. De cęlo pluit liquor inſtar mannæ, quo milites, & Equi in terra arida refecti, fortes, & audaces ad bellandum euaſerunt; Epiſcopus Ademarus vnus ex primis, qui crucem ſuſceperat ante recuperatam Hieruſalem defunctus miraculosè, die recuperationis, viſus eſt ſupra mœnia Vrbis ſtrenuè cũ hoſtibus confligere.

In eodem bello cum eſſent plures Principes, ac Capitanei illuſtres; nullus tamen erat caput; nihilominus talis erat inter eos concordia, ac ſi non in terris, ſed in cœlis viuerent.

Sępè multa millia Saracenorum nullis, vel paucis Chriſtianis deſideratis cæſa ſunt, vt ad inſtar Aſſyriorum Angelo dimicante cecidiſſe credantur.

Lanceà Antiochiæ reperta fuit; quæ ſacratiſſi-

tiſſimum Chriſti latus perforauit, ac ad Vrbem delata.

Capta Hieruſalem, dum inter Principes de eligendo Rege ageretur, non ambitio, non contentio, non preces pro aliquo audiebantur; ſed omnium libera, ac ſpontanea voluntate fuit Regnum Hieroſolymitanum delatum Duci Normandiæ, qui plus pro Chriſto expenderat, vt domum reuerſus bonis iam alienatis ſibi victum parare nequiret, ſed fama peruagante Regem Anglię eius fratrem è viuis exceſſiſſe, Regnumq. Angliæ ad ſe pertinere, gratias agens Principibus Regno Hieroſolymitano ceſſit: fuit deinde electus Rex Gottifredus artis militaris peritiſſimus, armis, & conſilio potens vir religioſiſſimus à Gallis, Italis, ac Germanis ſummè dilectus, qui primus mœnia Hieruſalem aſcendit, tanta

mo-

Digitized by Google

modeſtia ornatus, vt recuſauerit coronam auream ſuo capiti imponere in loco, in quo Chriſtus ſpineam tulerat, nec in ſubſcriptione vſus eſt titulo Regis; accepit itaq. poteſtatem Regiam, ſed non titulum, nec inſignia.

Sextò, debent Principes inducere vilitas hoſtis, & fortitudo chriſtianorum; quãuis enim Turca videatur potens diuitijs, ac militum multitudine vallatus; viliſſimus certè, ac debiliſſimus eſt hoſtis. Nos Chriſtum; ille Diabolum auxiliatorem habet; quid chriſtiani peccatorum ſordibus expiati, ac Deo reconciliati non ſunt aſſequuti? peccata ſæpè eis aduerſa fuerunt, vnde in bello ſacro nulla meretrix fuit viſa, diuinæ laudes quotidie Deo perſoluebantur. Extra miſſa faciamus, quæ de Conſtantino, ac Carolo Magno leguntur; ſolus Carolus

Martellus Princeps Galliæ vna die 375. millia Saracenorum interfecit.

Reges Hiſpaniarum varijs prælijs multa millia Maurorum, paucis fidelibus deſideratis, ſanctis etiam in aere apparentibus, proſtrauere, qui Hiſpaniam occupauerant.

Robertus Rex Galliæ vir deuotiſſimus, dũ obſideret Auellonem, ac diuinum officium recitaret, hymnosq. Deo caneret, mœnia Vrbis miraculosè abſq. militũ opera ceciderunt.

Iam notum eſt omnibus; quid Pius Quintus fuerit oratione aſſequutus aduerſus Turcas, Hæreticosq. in Gallia, alijsq. locis, vt magnus Turca eius morte audita pleraq. ſigna lætitiæ dederit; dicebat enim, ſe non tantùm arma chriſtianorum, quàm Pij orationem timere. Et omiſſis innumeris exemplis notanda

ſunt

Digitized by Google

ſunt ſingularia verba Ezechiæ Regis, dum hortaretur milites ad pugnãdum cum Aſſyrijs: Nolite timere cum illo eſt brachium carneum, nobiſcum Deus, & miraculosè Angelus nocte ſequenti interfecit 185. millia Aſſyriorum.

Quinimmo Marcus Aurelius Imperator gentilis in Germaniæ cum hoſtibus prę liaturus orationibus chriſtianorum ſe ſe commendauit, magnamq. victoriam aſſequutus eſt; pluuijs, fulgoribus aduerſus hoſtes è cœlo cadentibus.

Septimò, exempla Summorum Pontificũ Principes accendere debent, qui multũ laborauerunt pro recuperandis locis chriſtianorum ab infidelibus occupatis: nempè Alexandri III. Gregorij IX. Bonifacij VIII. Gregorij X. Benedicti XII Clementis VI. Eugen. IV. qui Turcarũ Imperium ferè extinxerat, Calixti III.

Digitized by Google

& omni laude digniſſimi Pij II. qui velut alter Moyſes non pugnaturus, ſed oraturus cum validiſſimo exercitu, & claſſe aduerſus Turcas progreſſus eſt, paruipenſis podagra, ſenectute, & Medicorum conſilijs: ſed peccatis exigentibus in portu Anconæ è medio ſublatus eſt. O admirabilis Pontifex, qui vitam verè poſuit pro ouibus ſuis, vt à Tyrãni poteſtate liberaret, quàm fœlix obitus: Fœlices Pontifices, qui tantum virum imitarentur: Pauli Secundi etiam zelus, ac labor non minimus pro eadem cauſa fuit, pariter Sixti Quarti, Clementis Septimi, & tandem noſtra tempeſtate Pij Quinti, qui vnà cum Philippo Secundo glorioſiſſimo Hiſpaniarum Rege, ac Republica Veneta validiſſima claſſe aduerſus Turcas inſtructa, mirabilem victoriam reportauit; tantusq. timor

magno

magno Turcæ incurſus eſt, vt in poſterum auſus non fuerit cum tota claſſe christianos aggredi; eſt etiam ſumma laude dignus Paulus III. qui, ſpreta ſenectute, Nicæam ſe contulit, vt Carolum Quintum Imperatorem, & Franciſcum Primum Regem Galliæ inter ſe diſſidentes reconciliaret, armaq. in Turcas mouerent: Quod ſi Summi Pontifices, Sacerdotes, & viri eccleſiaſtici tantū laborauerunt ad Turcarum deſtructionem, & ad impediendum eorū damna, ne chriſtianis inferrentur, multò magis id agere debēt Principes viri militares, gloriam Gottifredi, aliorumq. Principū æmulati, quæ in æternum non deficiet.

Summa laude dignum ſemper exiſtimaui Torquatum Taxum Poetam illuſtrem, qui vt tam pium opus recuperationis Terræ ſanctæ, aliorumq. locorum chriſtiano

ſtianorum Principum pectoribus inſereret, elegāti verſu eius recuperationem decantauit, vt Principes ſaltem Poematis ſuauitate allecti, tam ſanctum opus iugiter ante mentis oculos obuerſarent. Fortè Deus remiſit ei peccata ſua.

De conqueſtu Nauiculæ Petri: quando victualia diſpenſantur non laborantibus in ea.

CAPVT NONVM.

MAgnum oritur ſcandalum, & murmur inter Nautas, ſi Nauclerius victualia non nautis laborantibus, ſed peregrinis iter facientibus otioſis diſpenſet: ſic in nauicula Petri omnes erant laborantes, qui victualia perci-

Digitized by Google

percipiebant, grauè quidem ſcâdalum, & peccatum eſt, ſi non ſeruetur iuſtitia diſtributiua, vt iuxta merita, & labores honores conferantur: ita mandant Canones, ac tenent omnes Doctores: Prouerbium eſt antiquum: Dignitas maculatur, ſi indigno conferatur: ſumus enim diſpenſatores, inquit Paulus, & debemus fideliter diſpenſare; quam grauè oriatur ſcandalum, inſinuat Salomon: In duobus contriſtatum eſt cor meum; vir ſapiens deſpectus, & vir bellator deficiens per inopiam; hoc à Chriſti doctrina alienum eſt, planè antequã gubernaculum nauis committeret Petro, prius eum ter interrogauit; an diligeret eum plus alijs, & publicè coram alijs Apoſtolis, vt nos doceret dignitates eſſe conferendas perſonis magis idoneis, & notis pro talibus: Vnde ſanctus

Ioan

Ioannes Chryſoſtomus, quem ſequitur ſanctus Thomas ſup. Ioan. c 21. inquit Petrum fuiſſe electum Vicarium, quia erat ardentior alijs Apoſtolis, os diſcipulorum, & vertex Collegij. Christum imitati ſunt multi ſummi Pontifices, qui viros virtute præditos ad ſe accerſiri fecerunt, varijsq. honoribus decorarunt: Martinus V. Alexander V. Eugen. IV. qui illum doctiſſimum Beſſarionem pileo rubeo inſigniuit: Leo X. & cæteris omiſſis Pius V. qui per literas Epiſcopis mandauit, vt omnes ſuarum Diecæſum virtute pollentes ei ſignificarent, vt illis iuxta merita, honores, ac dignitates diſtribueret, & iuſtitiam diſtributiuam ſeruaret; Gregorius XIII. Clemens VIII. Paulus V. Gregorius XV.

Summa laude dignus eſt ſanctus Ludouicus Rex Francorum, qui vacante Epiſcopatu

ſcopatu Pariſienſi reiecto eius fratre ger mano illi præpoſuit, & elegi fecit Petrũ Lombardum Nouarienſem Theologũ doctiſſimum Magiſtrum Sententiarum nuncupatum: commendatur etiam mo deſtia Fratris ſanctj Ludouici, qui tanto viro Epiſcopatum libenter ceſſit.

Cardinali Ægidio, qui Tirannos à ſtatu Ec cleſiæ eiecerat Auenionem aduentanti ſummus Pontifex cum toto Collegio Cardinalium honoris gratia obuiam iuit.

Gottifredo Generali maris Viro clariſ- ſimo poſt captam ab eo claſſem Portu- galliæ anno 1337. honoris gratia Rex Caſtellæ obuiam iuit.

Philippus Secundus Hiſpaniarum Rex glo rioſæ memoriæ, motu proprio manda- uit inquiri de idoneitate Canonicorum Eccleſiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ;

Digitized by Google

vt eos ad Eccleſias Cathedrales vacantes nominaret.

Henricus Rex Caſtellæ prius Comes Traſtamare non obſtante Natalium defectu ob ingentem animi virtutem Regnum Caſtellæ adeptus eſt, ſententiam proferente ſancto Vincentio Ferrerio: & cæteris omiſſis quorum ſpectata virtus nõ ſine præmio fuit. Libet hic commemorare quanti Gentiles fecerint iuſtitiam diſtributiuam, vt Chriſti fideles magis accendantur.

Conſtantius Secundus Imperator ob commune bonum elegit in Imperatorem eius inimicum, virtute tamen præditũ, & ad regimen aptum.

Cerradus Primus pariter hoſtem elegit in Imperatorem virtute pollentem omiſſo fratre ob publicam vtilitatem.

Nerua Imperator hoſtem elegit in Impe-

rato:

ratorem ſpretis conſanguineis ob maiorem aptitudinem ad regendum populum.

Gordianus Imperator filiam ſuam nuptui tradidit legum Doctori obſcuri generis, doctiſſimo tàmen, & eloquentiſſimo.

Tiberius Secundus Imperator Mauritio ſtrenuo militi filiam matrimonio iũxit ob militaris artis excellentiam.

Alexander Seuerus adeo Vulpianum Iureconſultum celeberrimum dilexit, vt neminem ſolum ad eius colloquium præter Vulpianum admitteret, ac minitantibus militibus Vulpianum interficere, illum ſub eius purpura abſcondit, vt oſtenderet, quanti vitam Vulpiani faceret: eius Imperium fuit fœliciſſimum propter miniſtros excellentes, quorum opera vtebatur Vulpiano, Paulo, & non nullis alijs diſcipulis Magni Papiniani.

lex duodecim tabularum legum Doctores tanto in pretio habuit, vt plures Iuriſcõſultos bellis intereſſe mandauerit, his verbis: Magiſtratus periti Iuris plures in prælio ſunto, quia arma ſine conſilio parum æſtimantur: ſic Veſpaſianus Imperator cum Iudæis bellum commiſſurus, Titum eius filium Iureconſultum, ſecum duxit.

Virtus Iulij Cæſaris fuit talis, vt lege lata à Pompeio Conſule, ne abſentes magiſtratum in Vrbe petere poſſent, eaq. ære inciſa, ac in ærario repoſita Pompeius Iulij Cæſaris virtute perpenſa ab Vrbe abſentis errorem corrigens addidit vno ſolo Cęſare excepto.

Idem Pompeius ob magnam animi virtutem eques tantùm priuatus triumphauit obſtante lege triumphum denegante his, qui abſq. magiſtratus dignitate à

Se-

Digitized by Google

Senatu aliquo mittebantur ; id enim eius virtuti tribuit Silla dictator.

Marcellus Conſul capta Syracuſa militibus præcepit, vt cæteris interemptis vni ſoli Archimedi, licet hoſti parcerent ob eius ſingularem Mathematicæ peritiam, ſed præter intentionem à quodam milite fuit interfectus, cum quædam ſigna in terra faceret, nec eius nomen militi pandere voluerit.

Virgilium poſt aliquot verſus in Theatro recitatos Populus Romanus eo honore, ac reuerentia proſequutus eſt illi aſſurgendo, ac ſi eſſet Auguſtus; cui ſoli talis honos debebatur.

Auguſtus adeo viros doctos adamauit, vt ad eius menſam admiſerit Catullum Poetam eo die, quo Poema contra ipſum promulgauerat, ac ſummopere optabat Amicus dici, & eſſe Horatij

Digitized by Google

Flacci *Poetæ* Libertini generis.

Galba Imperator poſt Neronis mortem Romam veniens capturus poſſeſſionem Imperij ſecum ex Hiſpania duxit Quinctilianum oratorem excellentiſſimum, eumq. omni honore eſt proſequutus.

Antonius Caracalla Appiano Poetæ, qui in eius laudem poema compoſuerat, pro quolibet verſu donauit aureum vnum, qui ob multitudinem verſuum fuerunt innumeri.

Alexander Magnus Ariſtoteli, vt librum de animalibus cōponeret, donauit octingenta auri talenta.

Scipio Aphricanus Polybium, & Panetũ viros ſapientes penès ſe habere voluit, & omni fauore eſt proſequutus.

Scipio minor Ennij Poetæ, qui eius res geſtas decantauerat, effigiem in ſepulcro Corneliorum apponi fecit, dicens per

me

Digitized by Google

me viuat in imagine, qui me mortuum ſuis ſcriptis viuere facit.

Gulielmus Porcellettus Gallus in Veſpere Siculo circa annũ Domini 1282. quando omnes Galli in Sicilia à Siculis trucidati fuerunt, etiam in vtero exiſtentes, ob eius immenſam bonitatem, & virtutum perfectionem ſolus viuus relictus eſt, quod mirabile fuit in tam ardenti furore; ſed virtutis magna vis eſt.

Robertus Rex Neapolitanus Franciſcum Petrarcam virum omniſcium magno in honore habuit, quinimmo virtuti ſæpe honos poſt mortem exhibitus eſt.

Traianus Imperator deuictis Parthis Romam veniens triumphaturus in via deceſſit; decreto tamen Senatus mortuus in cinere triumphauit, quod nulli Imperatorum contigit.

Hodie in Aquiſgrano, cum Imperator co-

rona;

ronatur in ſede Caroli Magni collocatur ob memoriam tam præclari Imperatoris.

Reges Caſtellæ ſæpe Ferdinandi ſancti enſe in bello vſi ſunt ob reuerentiam, ac deuotionem.

Imperator coronam accipit in Vrbe in altari ſancti Mauritij, ob memoriam dicti Sancti, qui fuit ſtrenus miles pro Eccleſia.

Et Papa Caſſius ſanctum Sebaſtianum defenſoris Eccleſiæ titulo longè poſt eius mortem honeſtauit, & cæteris omiſſis, ne prolixitas faſtidium generet, premia multa virtuti collata recenſent Caſſaneus in Catalogo gloriæ mundi, officina Textoris, Officina Hiſtorica, & alij: honos enim virtuti habitus ad maiora animos accendit. Lætatur itaq. Nauicula Petri, quando ſeruatur iuſtitia diſtri-

diſtributiua: è contra valdè ſcandalizatur, & contriſtatur, ſi indignis honores, & dignitates conferantur: iuxta illud Salomonis: Vidi ſtultum in dignitate, & diuites ſedere deorſum; ideſt diuites virtute non exaltari, quod aliquando accidit, de quo Salomon contriſtatur.

De conqueſtu Nauiculæ Petri: quando à Superioribus denegatur audientia ſubditis.

CAPVT DECIMVM.

PRinceps, qui denegat audientiam ſubditis, vel raro eos audit, tamquam inutilis, ac ferè mortuus, nec Principatu, nec Principis nomine dignus eſt, & hac de cauſa fuit priuatus

Regno Chilpericus Rex Galliæ, vt in cap alius 15.q.6. ſemel enim tantùm in anno prima die Maij publicè à populo videbatur, munera recipiebat, nec ſubditos, neq. oratores ad eius aditum toto anni tempore admittebat, Magiſtro Equitum Regno moderante.

Principis audientia commendatur in ſacra ſcriptura, inquit enim Sapiens: Congregationi pauperum affabilem te facito, & declina pauperi ſine triſtitia aurem tuã, reſponde illi pacifica in manſuetudine.

Dominus noſter Ieſus Chriſtus non ſolum audiebat omnes ad ſe accurrentes, ſed ibat ad eos interrogans de eorum neceſſitatibus, vnde acceſſit ad languidum in piſcina exiſtentem, ab eo ſciſcitans: Vis ſanus fieri? vt omnes Principes doceret, & ſubditos audire, & de eorum ne-

ceſſi-

Digitized by Google

ceſſitatibus diligenter inquirere,& prouidere.

Prouerbium antiquum eſt: Principis audientia flagellum eſt potentum, & pauperum leuamen, vnde Bernardus ad Eugenium: cauſæ viduæ intrent ad te, cauſæ pauperis, ac eius, qui non habet, quod det.

Diuus Hieronymus in cap. quoniam vetus 24.q.1. arbitratur hac de cauſa Chriſtũ conſtituiſſe eius Vicarium Petrum pauperem piſcatorem,& obſcuri generis, vt conſiderans eius paupertatem, & generis humilitatem, libenter aliorum neceſſitates audiret, & ex experimento ſui ipſius alijs compateretur, & prouideret.

Sanctus Ludouicus Rex Galliæ domum principis Eccleſiæ comparabat, eiusq. pedes altari, ad quod vnicuiq. patet ac-

ceſſus, & quilibet poteſt ſuas neceſſitates exponere, petere, & orare.

S. Raymundus confeſſor Gregorij IX. ei in pœnitentiam iniungebat, vt in audientia frequentem, & affabilem omnibus ſe exhiberet, quamobrem Gregorius appellabat eum patrem pauperum.

Rodulphus Primus Auſtriacus milites turbam ad ſe accurrentem arcentes redarguit, dicens: per Deum ſinite homines ad me venire, non enim ideo ad Imperium ſum vocatus, vt in Arcula includar; etiam infirmus ſubditos audiebat, & monitus, vt ſui miſereretur, reſpondit; Imperatorem ſtantem mori oportere.

Henricus Imperator, vt ſubditos audiret, vix ſemel in die, ac de ſero cibum ſumebat, & monitus, vt ſibi parceret, & corporis ſaluti conſuleret, reſpondit, priuato homini omne tẽpus cibi eſſe, cũ placet,

aut

Digitized by Google

aut ſolet, at Regi, ſi Regis nomen optat, id ſolum, quo vacat.

Caroli Ducis Calabriæ primogeniti Regis Roberti Neapolitani vulgatũ eſt exemplum, vt enim omnes quacumq. hora audiret, campanulam ante fores Palatij collocari fecit, vt quicumq. audiri optaret, illam pulſaret, & exempla innumera Principum adduci poſſent, qui faciles in aditu ſe præbuerunt, vt Titi Imperatoris, qui neminem à ſe triſtem abire permittebat, nec alicui dedit malum reſponſum: Veſpaſiani, Antonini Pij, Marci Aurelij, & aliorum Principum, quos breuitatis cauſa omittimus, ſed non eſt obliuionis tenebris demandanda admirabilis audientia Clementis VIII. qui bis in hebdomada omnes publicè audiebat vſq. ad vnum, etiam ſi per ſex horas, vel vltra tempus protraheretur.

Non

Digitized by Google

Non exeuſant Principes reſcripta memorialium, niſi etiam frequenter ſubditos audiant, quia memorialia non replicāt, non plorant, non oſtendunt faciem ſqualidam, famelicam, infirmam, veſtes laceratas, multitudinem orphanorum, matres, viduas, pauperes, ſequentium, & alia, quæ mouent Principem ad miſerendum, & annuendum petitis.

De conqueſtu Nauiculæ Petri: quando Principes malè viuunt, et lætitia, quando benè ſe gerunt.

CAPVT VNDECIMVM.

Quamuis mali Principes Chriſtiani de Eccleſia ſint, tamen

NON militant ſub vexillo Nauiculæ Petri, quod eſt charitas, Principes malæ vitæ, ſed benè viuentes planè, quēadmodum ſigillum

lum imprimit imaginem in cera, ſic Principum exempla, vitium, vel virtutes in cordibus ſubditorum, & prouerbium eſt: plus nocet Priuceps exemplo, quam facto, & aliud prouerbium: Ad Regis nutum mouetur totus orbis. Sunt ſubditi ſimiles quibuſdam floribus, qui ad Solis motum mouentur, omnes conantur imitari Principem: vnde Salomon: Princeps, qui libenter audit verba mendacij, omnes miniſtros habebit impios, & alibi: ſecundum Iudicem populi, ſic & miniſtros eius, &, qualis eſt Rector ciuitatis, tales inhabitantes in ea.

Alexander Magnus deferebat caput aliquantulum curuum, omnes Proceres, & Aulici, eius exemplo capite curuo incedebant, ſeu collo.

Ille Magnus Ageſilaus Rex Lacedemoniorum ſenex hyeme ſine tunica incedebat;

ratio-

Digitized by Google

rationem reddens, vt iuuenes idem diſcerent à ſene, & eorum Principe.

Theodoſius ſenex Imperator ob virtutum perfectionem omnes ad eius imitationẽ attrahebat, etiam infideles, qui conuertebantur ad fidem.

Veſpaſianus Imperator, cum luxus in veſtibus, & conuiuijs in Vrbe adoleuiſſet, nec varijs legibus aboleri potuiſſet ſolo eius exemplo illum ſuſtulit: ſpontè Romanis ſuperfluitates omnes abijcientibus. Exempla poſſent adduci infinita ex ſacra ſcriptura, & alijs locis, quæ breuitatis cauſa omittimus, qualitates tamen Principis præcipuas deſcribemus.

Sit Principis ſuauitas in ſermone.
In reprehenſione charitas.
In conſilio fides.
In iudicio libertas.
Vultu hilaris, & grauis.

In

In riſu tarditas.
Rigorem temperet æquitate.
Sit calcar in præmio.
Frænum in ſupplicio.
Ad illud ardenter, ad hoc pigrius accedat.
Nihil pudico Principe formoſius.
Nihil obſcænius impudico.
Gratitudo cæteris ornamento, Principi præſidio eſt.
Amari magis, quàm timeri ſtudeat.
Portet ſubditos in ſinu, ſicut mater portat infantem, dixit Deus Moyſi.
Non eleuetur cor Regis in ſuperbiam ſuper fratres, dixit etiam Deus, ideſt ſubditos.
In alto poſitus, vt luceat, non offendat.
Ira in Principe turpiſſima.
Crudelitas nefanda.
Ingratitudo Principis neruos, roburq. corrumpit.

Digitized by Google

Inuidia, & ſuperbia plebeium malum eſt, non principum.

Principe mendace nihil ridiculòſius.

Nihil à Principe magis optandum, quam bona mens, bonaq. fama.

Nihil magis formidãdum, quàm dedecus.

Nulli ſe negare audeat, cum non ſibi ſoli, ſed Reipublicæ natus ſit.

Res ſuas Princeps agit, quoties ſubditis opem fert.

Remedia ardentia Principi non tuta, ac ſi ardenti igni oleum adijciatur.

Quo maior fuero, eò plus laborabo, dicebat quidam Princeps gentilis, multò magis chriſtianus.

Melius eſt opes publicas à priuatis hominibus haberi, quàm à Principe ſine cauſa in arca ſeruari.

Liberalitas habeat frænum, alias liberaliter perit, cum ærarium euacuetur.

ſine

Sine conſilio, ſine conſilio, ſine conſilio nihil agat Princeps, cum Salomon Conſiliarios haberet ſeniores.

Sit tibi Conſiliarius vnus de mille.

Beneficijs maleficia vincere, & benignitate cum offenſa certare Magnorum eſt.

Magnus victoriæ fructus moderationis, atq. humanitatis laus.

Iulius Cæſar ob inurbanitatem odio habitus.

Auguſtus ob vrbanitatem dilectus.

Plurimorum ſententiæ non acquieſcat vt à vero deuiet.

Princeps, qui libenter audit verba mendacij, omnes miniſtros habebit impios, inquit Salomon: Tales ſunt adulatores.

Varia exempla diuerſarum virtutum Principum, vide ſequenti cap. vbi præcipua tanguntur: contriſtatur itaq. Nauicula Petri de malo Principe, & lætatur de bona.

Exempla aliqua ſingularia virtutum Principum.

CAPVT DVODECIMVM.

MVLTA exempla variarum virtutum Principum recenſent Iuſtus Lipſius, Eboracenſis, Officina Hiſtoriarum, Officina Textoris, Caſſaneus in Catalogo gloriæ mundi, ad quos remitto lectorem, ne aliorum dicta trăſcribam, aliqua tamen referam huic loco accomodata.

Exempla caſtitatis Principum.

MAgna fuit caſtitas Cyri Regis Perſarum, qui Panteam mulierem pulcherrimam in bello captă intueri recuſauit,

Digitized by Google

ſauit, quamuis ab alijs hortaretur ob ſingularem pulchritudinem Regis oculis dignam, dicens melius eſt, vt abſtineam ab eius aſpectu, dum mihi vacat tempus ne viſa muliere, quando non vacat, tẽpus dimiſſis negotijs eam adeam.

Caſtitas Alexandri Magni fuit ſingularis; qui noluit intueri vxorem Darij in bello victi, nec alios audire de eius pulchritudine loquentes, & alias exarſit ira in ſuos familiares, qui mulierem virum habentem ad eum libidinis cauſa adduxerant, dicens: ſic impudenter me ad adulteriũ inducere auſi eſtis? ac mulierem incognitam dimiſit.

Scipio Africanus caſtitatis virtute commẽdatur; capta enim Carthagine mulierẽ pulcherrimam ei oblatam cognoſcere noluit, ſed ſuo ſponſo Luceio reſtituit, dicens: Nequeo id agere, quia Princeps sũ.

Con-

Conſaluus Corduba Magnus Capitaneus nuncupatus conquiſito Regno Neapolitano, eiectis Gallis, nec Matronæ, nec virgini commiſceri voluit, ſed pluribus ei oblatis dotem congruam aſſignauit.

Maximiliani Auſtriaci ſingularis fuit caſtitas, itaut nec nudus ab Aulicis videri paſſus fuerit.

Carolus Octauus Rex Franciæ etiam caſtitatis virtute commendatur.

Lucchini Viualdi Genuenſis continentia in cælum effertur: mulierem pulcherrimã nobiliſſimam deperibat, ac multis promiſſionibus tentatam caſtrum ineſpugnabile caſtitatis eſſe reperit: viro mulieris ab hoſtibus capto, cum nec filios alere, nec viro ſubuenire poſſet mulier, corporis ſui copiam neceſſitate coacta Lucchino obtulit, ſi viro, ac filijs ſuppetias ferret: miſeratus ille humanam calami-

lamitatem, ac mulieris animum caſtiſſimum contemplatus in lacrymas effuſus à peccato abſtinuit, eiq. maiora dona, quàm antea obtulit, vt viro, ac filijs ſuccurreret, conſcia tamen eius vxore nuncia, ac miniſtra, vt omnis ſuſpicio tolleretur. Ob id Scriptores Lucchinum Alexandro Magno, ac Scipioni Africano anteponunt.

Modeſtiæ exempla.

CÆſar Auguſtus magna modeſtia vſus eſt in veſtibus, & ſuppellectili vaſis fictilibus vtebatur: Alexander Seuerus pariter vendidit omnes gemmas: ſimiliter Rodulphus Auſtriacus: Item Sigiſmundus Imperator circa annum 1415. vaſis ſtanneis, non aureis, nec argenteis vtebatur.

Phi-

Digitized by Google

Philippus Secundus Imperator à Friderico eius patre tamquam ſocius ad Imperium aſſumptus ætatis ſeptem annorum nunquam riſiſſe legitur.

Carolus Magnus in veſtibus magna modeſtia vſus fuit, vt exceptis diebus feſtis parum differret à priuatis.

Carolus Quintus Imperator Mediolanum ingreſſus laneis veſtibus indutus, ac pileo modici pretij ſub Baltachino viris, ac mulieribus ſplendidè ornatis, ac luxui ſeruientibus non minimum modeſtiæ exemplum attulit: aliàs cum Angliæ Regis eius conſanguinei nuptijs intereſſet, vt tripudiaret, nunquam adduci potuit, choreas tantùm eius præſentia decorans.

Epaminonda Princeps Thebanus nũquam mendaciũ dixiſſe legitur, neq. per iocũ, & cum eſſet celeberrimus Capitaneus,

Digitized by Google

varijſq. bellis ſtrenuè ſe geſſerit, officiũ aptandi vias ciuitatis ob inuidiam, & in contemptum ei delatum modeſtè acceptauit, dicens, hoc munus à mea perſona honorem ſuſcipit, vt in poſterum à quabibet nobili perſona exerceatur, cum Epaminonda id geſſerit, idq. in aliquibus locis ſeruatur, vt nobilibus committatur munus aptandi vias ciuitatis.

Scipio etiam Africanus cum in Vrbe ad munus vacans quidam minus dignus ei prælatus eſſet, modeſtè tulit, electionemq. commendauit.

Exempla deuotionis Principum.

COnſtantinus Magnus cũ intereſſet Concilio Nicæno, in quo aderat Panutius vir ſanctiſſimus perpetrans non minora miracula, quàm per Apoſtolos fierent,

cui dextrũ oculum erui fecerat ob Chriſti fidem Maximinus Imperator, ac pollicem ſiniſtrum amputari, Conſtantinus locum oculi eruti Sancti viri ſæpius deuotè cum lacrymis oſculabatur ob ſanctæ fidei reuerentiam.

Caroli Magni tanta fuit deuotio, vt, cum ad Vrbem ad limina Apoſtolorum viſitanda acceſſiſſet, omnes poſtes foreum Eccleſiarum, quas obuiam habebat, deuotiſſimè oſcularetur, ac pedeſter paucis comitatus: tanta etiam fuit eius reuerentia erga Eccleſiam, & ſummum Pontificem, vt aſſereret ſe paratum fore obedire mandatis ſummi Pontificis, etiamſi aliquod durum præcipi videretur, habetur in cap. in memoriam diſt. 19.

Theodoſij Senioris tanta fuit deuotio, vt ad eius preces Damaſus Papa à D. Hieronymo diuinum officium ordinari fecerit.

Ca-

Digitized by Google

Canutus Rex Angliæ iuxta mare deambulás; cum quidam ex Proceribus ei blandiretur dicens: Iure nuncupari poſſe Regem Regum, cui mare, ac terra parebát, deuotus Rex vndæ maris præcepit, ne eius ſedem tangeret, & cum vnda non obtemperaret, ad adulatorem verſus deuotiſſimè locutus eſt; non ego ſum Dominus maris, ac terræ, ſed Dominus eſt Ieſus Chriſtus Rex Regum, & coronam capitis ſui accipiens capiti Crucifixi in quadam cappella propè mare exiſtenti impoſuit.

Iacobus Rex Aragonum Eccleſias duomille ædificauit.

Ladiſlaus Rex Poloniæ vir fuit magnæ deuotionis, & cum à longè Turres, aut Campanilia Eccleſiarum reſpiceret, ſtatim detecto capite, ac inclinato illis reuerentiam exhibebat, & cum eſſet Dux

Lituanię à ſanctiſſima Heduigi Regina Poloniæ eius vxore ad fidem conuerſus; gnarus linguæ Lituanorum; tanquam Apoſtolus, ac prædicator; omnes ſubditos Ducatus ad Chriſti fidem conuertit.

Fridericus Imperator cum eſſet præſens tranſlationi corporis S. Eliſabettæ Reginæ Vngariæ de loco ſubtereaneo ad aliud pretioſum, & aureum ſepulchrum coronam auream, quam in capite geſtabat, capiti S. Eliſabettæ magna cum reuerentia impoſuit, quæ cum eadem corona ſepulturæ tradita fuit.

Dacarus Rex trium magnorum Regnorũ in partibus Septentrionalibus, cum in cappella Summi Pontificis tamquam Rex ſederet poſt Decanum Collegij ante alios Cardinales die Veneris ſancti, noluit poſt Decanum adorare crucem, ſed vltimo loco poſt omnes Cardinales ob

reue-

Digitized by Google

reuerentiam erga ſanctam Sedem Apoſtolicam, ſacrumq. Collegium.

Non prætereamus Gottifredi deuotionem, qui creatus Rex Hieroſolymitanus coronam auream in ea Vrbe in capite geſtaré recuſauit, in qua Chriſtus ſpineam detulerat.

Ferdinandi etiam Corteſij ſtrenui apud Indias Capitanei ſingularis fuit deuotio erga ſacerdotes, vt nunquã eos, niſi genu flexus, ac detecto capite alloqueretur.

Clementis Papæ Octaui magna fuit deuotio, qui orationem quadraginta horarũ perpetuam pro bono regimine eccleſiæ inſtituit, Eccleſiamq. mira prudentia rexit, potentes reconcilians, ac quæuis ardua negotia componens.

Alia exempla deuotionis, & reuerentiæ, ac pietatis Principum erga ſanctam Eccleſiam ponit Thom. Bozius de ſign. Eccl.

De-

De conqueſtu Nauiculæ Petri: quando Gubernator deſcendit de naui, vel de puppi ad proram.

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

DEſcendere de Naui Gubernatorem eſt Principem non facere reſidentiam in ſuo ſtatu, quod ſubditis eſt valdè noxium: deſcendere de puppi ad proram eſt ſummum *P*ontificem nō reſidere in Vrbe principe, ac capite omnium eccleſiarum, & alio ſe conferre ad habitādum ſine grauiſſima cauſa, quod eſt Eccleſiæ nimis pernicioſum: verba ſunt Martini Quinti; cum enim creatus fuiſſet Papa in ciuitate Conſtantiæ rogatus ab Imperatore, vt per aliquod tempus ibi moraretur; reſpondit; Romam

eſſe

Digitized by Google

eſſe caput omnium eccleſiarum, & verũ Nauclerum non deſcendere de puppi ad proram; erat enim Vrbs, ob Pontificis abſentiam, ferè euerſa, omnia peſte, fame, ſeditiònibus, ſanguine, ferro, igne conflagrabant. Id etiam accidit tempore Clementis Quinti Sedem in Galliam transferẽtis, & tempore Eugenij Quarti ob eius abſentiam, & aliorum Pontificũ; planè nunquam proreta deſcendit de puppi ad proram ſine periculo nauigantium; proinde notandum Sedem Apoſtolicam iuſſu Dei de Antiochia in Vrbem tranſlatam fuiſſe, vt habetur in cap. rogamus 24. quæſt. 1. & ideo nec à Petro, nec à ſucceſſoribus potuit mutari locus Sedis Apoſtolicæ à Deo electus, cum non ſit ſeruus ſupra Dominum; benè poteſt reſidere Papa in alio loco cũ Curia; id tamen ſine grauiſſima cauſa

fa-

Digitized by Google

facere non debet ob infinita damna ſubſequuta, cauſa autem poteſt eſſe peſtis, bellum, & alia id genus, conuenit etiam Summo Pontifici non deſerere Vrbem ſine cauſa ob præſentiam corporum ſanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & ob loci excellentiam, vt ſuæ altiſſimæ dignitati correſpondeat locus, & propter abundantiam omnium rerum, & vt magis liberè ſuam iuriſditionem exercere poſſit in Vrbe, ac Petri patrimonio, in quo non ſunt Principes, qui ei impedimento eſſe poſſunt: Hæc dicta ſint de diſceſſu Pontificis ab Vrbe, ſed quoad omnes Principes; peccatum graue eſt nō reſidere in eorum ſtatibus ad euitādum damna ſubditorum, quia mercenarijs reguntur; vnde Gregorius in cap. aduerſitas 7. q. 1. ſingulariter inquit periculoſum eſt proretam in tranquillitate deſerere

rere

rere nauem,&multo magis in fluctibus: eſt etiam Principis officium oppreſſos pauperes,viduas de manu opprimẽtium non ſolum liberare,ſed etiam impedire, ne opprimantur,vt in cap. Regum officium 23 q.5.

Cautum erat Romanorum lege Tribunum plebis non poſſe ſe abſentare ab Vrbe, niſi per vnum diem tantùm computandum de media nocte ad aliam mediam noctem,& non vltrà.

Moyſes Magnus Dux populi Hebræorum per annos quadraginta nunquam eos deſeruit, quamuis non ſemel Hebræi fuerint machinati in eius mortem, & cum per quadraginta dies accepturus legem à Deo in monte Sinai relicto inſigni Gubernatore Aaron à populo ſe abſentaſſet, populus in Idololatriam lapſus eſt conflans,& adorãs vitulum aureum,& Ieſus

eius ſucceſſor continuè reſidebat in ciuitate Ramma, ibiq. conuocabat Tribus, & negotiorum expeditioni operam nauabat.

Chriſtus dum viſibiliter fuit in terris nunquam oues ſuas Petro, vel alteri commẽdauit, niſi poſt mortem verbis illis, paſce oues meas; quãuis ante mortem promiſerit, & tibi dabo claues, &c.

Præterea itinera Principum non fiunt ſine magnis impenſis ſubditorum, idq. conſiderans Antoninus Pius Imperator nũquam receſſit ab Vrbe: fiunt etiam non ſine periculo ſalutis Principis, ac Aulicorum, qui ſolẽt eſſe perſonæ delicatæ, negotia multiplicantur, & quamuis Princeps ſua præſentia populos lætificet, & cognoſcat oues ſuas proprijs oculis non miniſtrorum relatione, iuxta illud Salomonis: vultum diligenter agnoſce, ſpeco

pecoris tui, perſpiceret grauamina miniſtrorum, ac potentiũ viſitaret caſtra, munitiones, littora; vnde ſacra ſcriptura cõmẽdat acceſſum Reginæ Sabbę ad Regẽ Salomonem, vt inſtructior rediret ad regendum populum, & Princeps comparatur Soli, qui ſua præſentia omnes Orbis partes illuminat, & magna oritur vtilitas ex perſonali viſitatione Principis, quæ cum impenſis compenſari poteſt; proinde dicendum eſt licere aliquando Principi viſitare ſtatum.

De conqueſtu Nauiculæ Petri: de diuturna vacatione Sedis poſt mortem Papæ.

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

COnqueritur vehementer Nauicula Petri, quando mortuo Papa, diu vacat

ſedes;nihil enim eſt magis Eccleſiæ perniitioſum, quàm carere paſtore: Hinc multæ hęreſes repullularunt,ac dilatatæ ſunt;vt hæreſis Manichæorum poſt mortem Clementis Quarti,contra quã egregiè ſcripſerunt D.Thomas, D.Bonauentura, ac aliæ hæreſes Sede vacante Cęleſtini Quarti, & aliæ, vt in vitis Pontificũ perſpici poteſt,multis enim eſſe ſubiectã periculis prolixam vacationem Eccleſiæ Romanæ exacti temporis conſideratio edocet,vt inquit tex.in cap. vbi periculũ de elect.in 6. vnde multi canones ad accelerandam ſummi Pontificis electionẽ cõditi ſunt, cap. in nomine Domini diſt. 23.cap.licet de euitanda elect. d cap.vbi periculum,clem.ne Romani ff.eod.multaq à Doctoribus ſcripta, ac concluſa fuerunt, nempè quod ſi Cardinales non poſſunt eſſe concordes de electione, & alio

alio modo prouideri non poſſit, valeant conuocare Cõcilium generale, Domin: in cap. propter diſt. 18. Gard. in d. cap licet de euitanda, & poſt alios Iacobat. de concil. lib. 1. art. 1. vbi id intelligit, vt nõ procedat, quando maior pars Cardinalium eſſent parati ad eligendum, qui volentes eligere non debent priuari iure ſuo.

Item concludunt Doctores pro accelleranda electione ſummi Pontificis poſſe Cardinales ſtatuere, quod quicquid facit maior pars Collegij, attendatur etiam ſi non ſint duæ partes pro tollenda diſcordia; ita Compoſtell. Ioan. Andr. Imol. Antonius Abb. in d. cap. licet, de quo videtur dubitandum hodie poſt Bullam Gregorij Decimiquinti prohibentem Cardinalibus aliquid ſtatuere contra tenorem Bullæ, & in ea de neceſſitate

re-

requiritur electio duarum partium Cardinalium, ſed fortè poſſent Cardinales id agere non per viam ſtatuti, ſed per viam compromiſſi compromittendo nemine diſcrepāte in maiorem partem Cardinalium; compromiſſum.n.in dicta Bulla non prohibetur, at nihil certū affirmo, ſed Apopoſtolicæ ſedi reſeruo.

Præterea, vt accelcretur electio Papæ, non poſſunt Cardinales de alio negotio ſe intromittere, niſi vrgens neceſſitas incideret pro conſeruando Eccleſiæ patrimonio, vel aliquod grande, & euidens periculum immineret, d.cap. vbi periculum §. fidem quoque.

Et proinde ſi immineat aliquod euidens periculum, cui non poſſit prouideri, niſi per creationem vnius, vel duorum Cardinalium mittendorum ad aliquas partes longinquas, poſſent Cardinales ſede

va-

vacante creare aliquem Cardinalem, per d.§.fidem quoque, vt latè probat Iacobat. de concilio lib. 6.art. 7. quicquid dicat gloſſa in d.clem. ne Romani, cuius opinio poteſt procedere,quando non vrgeret neceſſitas; vel aliquod grande periculum: Poſſent etiam Cardinales ex magna, & euidenti cauſa reuocare Legatum de latere miſſum per Papam ſecundum Hoſtienſ. in cap. tum ex literis de in integrum reſtitutione, pulchrè Iacobat. loc.cit: quibus periculis, ac neceſſitatibus ceſſantibus non poſſunt Cardinales ſe intromittere de reſeruatis Papæ pro celeri electione ſummi Pontificis.

Sed an poſſint Cardinales iuriſdictionem exercere, quando Sedes quaſi vacat, vt ſi fuerit electus Papa aliquis abſens, & ignoratur, an velit acceptare, & Sedes

diù

Digitized by Google

diù quaſi vacet, & dicendum eſt poſſe ex d. §. fidem quoque, & ita fuit ſeruatum poſt electionem Adriani Sexti in Hiſpania degentis ante eius aduentum in Vrbem, nam ſingulis menſibus tres de Collegio vnus Epiſcopus, vnus Preſbyter, & vnus Diaconus iuriſdictionem exercuerunt, ac iuſtitiam miniſtrarunt, vt tradit Iacobat. d. tract. lib. 4. ar. 3.

Alia remedia pro acceleranda Pontificis electione traduntur in dictis iuribus.

Conqueritur itaque rationabiliter Nauicula Petri, quando Eccleſia Romana diù vacat.

De

De conqueſtu Nauiculæ Petri: quando Princeps non aſſiſtit in iudicio, et de malis Iudicibus.

CAPVT DECIMVMQVINTVM.

SINE iuſtitia neq. latrones viuere poſſunt, quia ſi Princeps latronum non iuſtè diuidit prædam, vel interficitur à ſocijs, vel derelinquitur; proinde Princeps omnem diligentiam adhibere debet, vt iuſtitia ſubditis miniſtretur.

Primum remedium, vt Princeps ſæpè aſſiſtat in Iudicio, ac iudicet cum alijs, eius enim facies Iudices terret, ne à vero deuient, vnde Salomon Rex, qui ſedet in ſolio Iudicij diſſipat omne malum intuitu ſuo; & alibi: Diuinatio in labijs

Regis, in iuditio non errabit os ejus; item cauſæ potentum, qui ſolent Iudices pecunia ſubuertere, iuſtę deciduntur: ſubditi etiam nunquam quieſcunt, niſi recurrãt ad Principem, & eius ſententiam audiãt; dicitur enim Princeps habere omnia iura in ſcrinio pectoris propter ſapientes, qui ei aſſiſtunt; vnde Bernardus ad Eugenium: cauſæ viduæ intrent ad te, cauſæ pauperis, qui nõ habet, quod det, quia vt inquit D. Gregorius in cap. pauper. 11. q. 3. pauper cũ non habet, quod offerat in iuditio, nõ ſolum audiri cõtemnitur; ſed etiã contra veritatem opprimitur, debet itẽ ſuis Conſiliarijs ſapientibus expertis fidem adhibere, & non ſemper contradicere alias omnia turbaret, & lites nõ expedirentur in damnũ ſubditorum, vt euenit Ludouico Vndecimo Gallorum Regi viro varijs ſciẽtijs prędito: ſæpè enim ſuis

Con-

Digitized by Google

Conſiliarijs contradicendo negotiorum expeditionem impediebat: exēpla multa Principum ſæpè cauſas iudicantium id ſuadent, vt Salomonis, Caroli Magni, Philippi Regis Macedonum, qui denegans iuſtitiam miniſtrare cuidam mulieri, hanc reprehenſionem tulit; Deſine regnare, ſi non vis iuſtitiam facere: Idem dixit alia mulier Adriano Imperatori: Derelinque Imperium, ſi non vis iuſtitiam miniſtrare. Cæſar Auguſtus etiam de nocte decidebat lites; Claudius Imperator etiam diebus feſtiuis.

Aliud remedium, vt Princeps non vendat officia, nam vt inquit Iuſtinianus Imperator, qui emit, vendit in auth. vt Iudices ſine quoquo ſuffragio: S. Thomas conſultus à Duciſſa Brabantiæ, ſi officia tēporalia poterāt à Principe vendi, reſpondit poſſe vendi pretio moderato, & per-

ſonis dignis, ſed non expedire, ne detur occaſio paruifaciendi virtutem,& merita,& homines malæ vitæ ditiores ſæpe præferentur,ita tradit in opuſculo ad Duciſſam Brabantiæ.

Aliud remedium eſt, vt Iudicibus detur ſalariũ aliàs ad quærendos ſumptus, quaſi prædones graſſabuntur; ita notabiliter dicit canon in cap.militare 16.q 2.dum ſumptus quæritur, prædo graſſatur, hoc etiam Gentiles cognouerunt; quidam Princeps infidelis deliberauerat plures Iudices Domi vocatos viuos comburere propter munera,quæ accipiebant,audita poſtea cauſa, ex quo non habebant ſalarium illis pepercit, ac ſalarium conſtituit.

Aliud remedium adminiſtrandam iuſtitiam populis, vt eligantur Iudices ſenes experti,non iuuenes ſine experiẽtia, qui

non

Digitized by Google

nō Doctores, ſed deſtructores reipublicę dicuntur, iſti nouelli Doctores deferunt ſcientiam in labijs, & prudentiam ſub pedibus; experientia enim eſt vera intelligentia legis, inquit Baldus, & ars regēdi non venditur in ſtudijs famoſis, ſed inuenitur prudentia, & experientia, & ſapiēs expertus clara pro obſcuris habet; res paruas pro magnis, vicina pro lōginquis, certa pro dubijs iuxta Platonem: Et bos ſeniòr grauius figit pedem, inquit Hieronymus. Vnde ipſe Plato conſultus nunquam ſtatim dabat reſponſum, niſi prius libròs voluiſſet, & Decius magnus iureconſultus interrogatus ſuper aliquo dubio non reſpondebat, niſi ſaltē per tres dies ante Doctores ſuper illo dubio legiſſet: Requiritur igitur experientia, quæ lòngo tempore acquiritur; vnde Iob: in antiquis eſt ſapientia; & longo

tem-

Digitized by Google

tempore prudentia; Reſpublica Romana regebatur à Senatoribus, ita nuncupatis à ſenectute; erant enim omnes ſenes experti, & Imperium Romanum cũ ad iuuenes peruenit extinctum eſt, vt inquit Auguſtinus ſerm. de iuſtitia. Scribit Philo Hebræus in vita Moyſis, Deũ permiſiſſe, vt Moyſes prius regeret oues per quadraginta annos, & poſtea Hebræos per alios quadraginta, vt illum exerceret in officio minori, & deinde vocaret ad maius, cum regimen ouium æquipararetur regimini hominum ratione vigilantiæ, & ſollicitudinis, ij ſapientes experti ſunt diligendi à Principe, vnde Salomon: cum videris ſenſatum vigila ad eum.

Iudices ſolẽt peruertere iuſtitiam, qui aliorum coniudicum abſentiam captant, vnde à ſacris canonibus cõparantur Iudæ,

qui

qui vt Chriſtum traderet, abſentiā Apoſtolorum captauit, ita habetur in cap. abijt Iudas 11.q.3. exemplo Iudæ abſentiam captant, qui vt malè agant, bonorum præſentiam fugiunt:

Præſumptio etiam eſt prædæ contra eum, qui vult redire ad officium, quod ſemel adminiſtrauit, l.nullus C.de apparit.prę fect. annon. lib. 12. & l. ad ſplendidis, vt tradit Ioannes de Platea in d. l. nullus.

Aduocati captioſi,& callidi ſolent peruertere iuſtitiam, & dilatare lites: Galeatius Dux Mediolani, cū pluries audiſſet Aduocatum lites ſeminantem,ac prorogantem ad ſe accerſiri fecit, dicens, ſe debere cuidam Piſtori aureos centum,& nolle eos ſoluere, ſi poſſet aliquo modo defendi,vt non ſolueret, reſpondit Aduocatus poſſè defendi; Dux habita ipſius confeſſione eum laqueo ſuſpendi fecit.

Ia-

Iacobus Rex Aragonum celebrem Iuriſcó-ſultum Aduocatum è Regno eiecit, cum ſuis argutijs pluribus nocuiſſet, & quidá Doctor egregius, vt refert S. Antoninus, fuit de mandato Pontificis igne combuſtus, quia conſuluit contra Eccleſiam, rationabiliter igitur conqueritur Nauicula Petri, ſi iuſtitia non miniſtratur.

Fuit præſentata à milite tabula depicta cuidam Principi, in qua miles cum legiſdoctore præliabatur, ille armatus lancea, hic penna: commiſſo tandem prelio Doctor penna eiecit è ſella militem, eiq. oculum eruit; interrogatus miles à Principe, quid hæc pictura ſignificaret, reſpondit: quicquid miles in bello inter tela, & vitæ diſcrimina acquiſiuit, in pace in ciuitate amittit, Doctoribusq. ac Curialibus acquirit ob innumeras lites ab eis inuentas dilatatas non ſine magno

diſpen-

Digitized by Google

diſpendio litigantium, vt poſt longum tempus, quamuis ſententiam pro ſe obtineant, ob magnas impenſas boni ſpoliati reperiuntur: Proinde rogabat miles Principem, vt remedium adhiberet.

De conqueſtu Nauiculæ Petri: de Principibus aliquibus imponentibus grauamina ſubditis.

CAPVT DECIMVMSEXTVM.

DOctores comparant Principes imponentes grauamina ſubditis ſine grauiſſima cauſa Iudæis, qui arundine, quam de manu Chriſti acceperant, Chriſtum in capite percutiebant, quia per arũdinem ſignificatur poteſtas temporalis, quam à Chriſto accipiũt, dicen-

te Paulo: omnis poteſtas à Deo eſt, qua poteſtate ingrati abutentes Chriſtum in ſuis pauperibus eius perſonam repreſentantibus percutiunt.

Dicunt etiam Doctores, tales Dominos eſſe proditores, nam ſi paterfamilias vnicum filiũ itinerantem alicui ſoluta mercede commendaret, qui vltra pecuniam acceptam, filium bonis ſpoliaret, vtiq. eſſet talis proditor: ita pariter cum Deus ſuos filios pauperes potentibus commẽdauerit collatis eis redditibus, honoribus, & dignitatibus, certè eos grauantes, & bonis ſpoliantes proditores dici poſſunt.

Dicunt etiam regimen iſtorum eſſe diabolicum, quia Diabolus eis, qui magis ei obtemperarunt; & ſeruierunt, maiores pœnas, & damna infert, miſeri decipiũtur: Boni paſtoris eſt tondere oues, non

decor-

Digitized by Google

decorticare; vulgatum eſt Tiberij Cæſaris prouerbium, ideſt non amplius grauare ſubditos, quàm ferre poſſint.

Conſiderandum vaſſallis ſic grauatis, nunquam fieri poſſe plenam reſtitutionem, & ſatisfactionem omniũ, quæ paſſi ſũt, quia ſi reſtituantur bona ablata, nunquá reſtituentur lacrymæ ab oculis emiſſæ, vt ſingulariter dixit Sancta Heduigis Regina Poloniæ Ladiſlao eius viro, à quo reſtitui fecit aliqua damna illata pauperibus, ſed ſuſpirans hæc digniſſima æterna memoria verba protulit, bona quidem reddemus ſubditis, cæterùm lacrymas quis eis reddet, quæ verba induxerunt Regem, vt in futurũ abſtineret à grauamine ſubditorum.

Plures pœnas tales Tyrannos manere ſolẽt, in Inferno acerrimè punientur, inquit enim Diuina ſapientia: duriſſimum iu-

dicium fiet his, qui præsũt, exiguo enim conceditur miſericordia; potentes poten ter tormenta patientur.

Secũda pœna, ſolent priuari dominio, nam vt inquit ſcriptura ſacra; Regnum de gente in gentem transfertur propter iniuſtitias, violentias, iniurias, & diuerſos dolos, hoc verificatũ eſt in Roboam filio Salomonis, qui multiplicauit grauamina patris, & decem Tribus ab eo defecerunt. & Afflict. in tit. quæ ſint regalia, credit propter peccata Regum Aragonũ multa grauamina imponentium Carolum VIII. conquiſiuiſſe Regnum Neap. & omnes Hiſtoriæ ſunt plenæ tranſlationibus Regnorũ ob peccata Principũ; ſunt enim lacrymæ pauperum potentiſſimæ, vt aſcendant vſq. ad maxillam Dei, inquit ſcriptura; eſt etiam exemplum vulgatum Matthæi

Vicecomitis Ducis Mediolani: hic cum fuiſſet expulſus à Ducatu ab alio potente vitam priuatam agens, fuit interrogatus ab amico moderni Ducis de eius mandato, an haberet aliquam ſpem recuperandi aliquando Mediolanum? reſpondit: vtiq. habere, quando peccata moderni Ducis aſcendent ad numerum peccatorum ſuorum, quod euenit; & de Paſtoribus Iſrael, & Prælatis, qui ſeipſos paſcebant, non gregem, per Ezechielem prophetam, Dominus minatur ei tranſlationem poteſtatis his verbis: Væ paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos, & ceſſare faciam eos, vltrà, vt non paſcant gregem, non paſcant paſtores amplius ſemetipſos.

Altera pœna eſt, quod ſolent perire morte violenta; vnde legitur de Rege Nauarræ, qui intolerabilibus grauaminibus ſub-

Digitized by Google

ſubditos vexabat; permiſit Deus, vt viuus igne combureretur, cũ enim ob immenſam libidinem multùm debilitatus eſſet, aqua vita lotus, & in ſyndone ſutus, cum vellet famulus filum candela præcideri, filũ accenſum eſt, flammaq. per totũ corpus diffuſa, viuum Regem combuſſit.

Multum grauanrur ſubditi hoſpitando milites; prouerbium enim eſt; Difficile eſt militũ manum à maleficio abſtinere, vnde deuoti Principes pro viribus abſtinent à tali grauamine.

Solent etiam multũ grauari ſubditi à Commiſſarijs, Exactoribus reddituum, à quibus abſtinendum eſt pro viribus, eſt etiã contra leges antiquas, vt in l. 1. C. hæc eſt notitia ſcrinij lib. 12. vbi mandatur Gubernatoribus Prouintiarum, vt exigant redditus fiſcales, & non alij exactores, ne

vagan-

vagantes per prouintias terreant, & grauent ſubditos, quod ſeruauit in Regno Neapolitano omni laude dignus fęlicis memoriæ D. Petrus de Caſtro Comes de Lemos Prorex, non ſine magno populorum leuamine.

De conqueſtu Nauiculæ Petri: quando Princeps ſupramam poteſtatem Regimins committit hominibus malæ vitę.

CAPVT DECIMVMSEPTIMVM.

NIhil magis damnoſum Reipublicæ præſertim pauperibus, quàm ſi Princeps ſupremam poteſtatem regendi populum poſt eius perſonam committat homini malæ vitæ propter ruinam, non ſolum ſub-

ſubditorum,ſed ipſius Regni; inquit .n. canon: infidelis Deo, non poteſt eſſe fidelis hominibus, cap. non pot. 2.q.7. & cap.ſi quid carnales 23.q 5. & dicit prouerbium, qui homini improbo auxilio eſt ab eo pro beneficio maleficium, & à Deo pœnam expectat, & notũ eſt aliud prouerbium,ſapientis: qui ſibi nequam, cui vnquam bonus.

Ruina Claudij Imperatoris fuit, commiſiſſe ſupremam poteſtatem regiminis Libertis ſuis viris ſceleratis; eandem fuit cauſa ruinæ Galbæ Imperatoris: in ſacra ſcriptura habemus exemplum iniqui Aman,qui Regem Aſſuerum induxerat ad delendam vna die gentem Hebręam innocentem, & crucifigendum Mardochæum fideliſſimum Regis ſeruum,idq. eueniſſet, niſi Regina Eſther preces ad Regẽ efudiſſet detecta iniquitate Aman.

C ala-

Calamitas Henrici VIII. Regis Angliæ,& eius Regni fuit, ſupremá poteſtatem delegaſſe Volſeo viro improbiſſimo, quē ſuum Vicarium in Regno conſtituerat, & promoueri fecerat ad Archiepiſcopatum Eboracenſem, & Cardinalatum, & fieri fecerat legatum à latere, ſed vir iniquus tot beneficijs ingratus Regem, & Regnum peſſum dedit.

Gulielmus primus Rex Neapolitanus ſupremam poteſtatem regiminis commiſit Maioni Notario viro ſceleratiſſimo non ſine magno detrimento totius Regni, quinimmo conſpirauit in mortem Regis, vt ſe Regem faceret, vnde à Proceribus fuit occiſus,& in Arca fuit inuenta corona Regia, quam poſt mortem Regis deferre cogitauerat.

Eduardus Secundus Rex Angliæ, fuit peſſimus; ob commiſſam regiminis poteſtatem,

ſtatem, cuidam Petro Aueſtoni viro omnibus vitijs polluto; & Michael Tertius Imperator fuit abominabilis, & diabolicus propter regimen Reipublicæ viris ſceleratis demandatum.

Chriſtus antequam Petrum in eius Vicarium eligeret, ter interrogauit, an haberet charitatem, & diligeret eũ plus alijs.

Alexandri Seueri Imperatoris regimen fuit fęliciſſimum; vtebatur enim conſilio Vulpiani, & aliorum celeberrimorum Iureconſultorum.

Ruina etiam Reginæ Ioannæ Primæ Neapolitanæ fuit delegaſſe regimen Philippæ Catanenſi eius nutrici, ac eius filio, quem magnum Siniſcalcum creauerat, perſonis viliſſimis, & malæ vitæ; induxerunt enim Reginam ad interficiendũ virum; vnde Philippa fuit crucifixa vnà cum filio, & Reginæ gula laquęo fracta,

&

& cæteris omiſſis: omnes enim Hiſtoriæ teſtatum faciunt, quàm pernicioſum ſit Principibus exaltare viros ſceleratos. Rationabiliter igitur conqueritur Nauicula Petri propter ruinam reipublicæ, præcipuè pauperum.

De conqueſtu Nauiculæ Petri: quando viduæ dotes recuperare non poſſunt, ob nequitiam Iudicum, Aduocatorum, & Notariorum.

CAPVT DECIMVMOCTAVVM.

Magnum ſcandalum, & murmur oritur in Nauicula Petri, quando viduæ ob paupertatem, dotem recuperare non poſſunt, cum non ha-

habent, quid dent Iudicibus, Aduocatis, Notarijs: ij Iudices ſunt Deo abominabiles, & ab eo latrones appellantur per Iſaiam: Iudices infideles ſocij furum pupillo nõ iudicant, nec cauſa viduę ingreditur ad eos.

Paulus Primus magnopere viduas, & alias perſonas miſerabiles aduerſus Curialiũ nequitiam tutabatur: notum eſt, quid S. Ioannes Chryſoſtomus contra Eudoxiam Imperatricem agrum pauperis viduæ occupantem egerit; illi etenim coram populo prohibuit ingreſſum eccleſiæ, portas in eius facie claudens.

Balduinus Comes Flandriæ quendam nobilem Petrum nomine, qui duos boues cuidam pauperi mulieri abſtulerat, in vas aquæ feruentis proijci fecit, vnà cum ocreis, enſe, ac veſtibus, cum quibus à Comite accerſitus comparuerat.

Al-

Alphonſus etiam Rex Hiſpanię cognomē-to Imperator quendam nobilem, qui pauperem ruſticum ſuis bonis ſpoliauerat, nec ad primum Regis mandatum ea reſtituerat, laqueo ſuſpendi fecit ante ianuam eius domus, perſonaliter Rege ipſo adeũte domum Nobilis multis milliaribus à Caſtella diſtantem, ac obſeſſa domo nobilis, quem captum ſuſpendi fecit, & nõ deſunt infinita exempla Principum, qui oppreſſores viduaũ, & aliorum pauperum ſeuerè coercuerunt.

Clarũ eſt omnes ſupradictos de iure teneri gratis munus exhibere viduis, orphanis, & omnibus pauperibus. De Iudicibus eſt tex. in §. ſit tibi quoq. in auth. de mãdatis Principum, vt non debeant à pauperibus recipere ſportulas, neq. poſſint recipere impenſas pro itinere de vno loco ad alium, cap. ſtatutum §. inſuper de reſcri-

reſcript.in 6. De Aduocatis, quod teneantur gratis poſtulare pro pauperibus, omnes communiter tenent D.Tho.2.2. q.2.art.1. Bald.in l. furioſi C. de nupt.& in l.ſi ad excludendam C. de iur.iurand. vbi dicit, quòd ſi Aduocatus iurauit non poſtulare pro aliquo gratis,tale iuramẽtum non ligat reſpectu pauperum. De Notarijs, quod pro inſtrumento à pauperibus nihil debent accipere;tradit Roman.in l.ſi verò §.de virò fallen.25.verſ. 9.§.ſoluto matrim.Dec.in c.1.de probat. & alij, ſed prædicta malè ſeruantur in aliquibus locis non ſine magno detrimento bonorũ viduarum, & quandoq. honoris. vnde cõtriſtatur Petri Nauicula,niſi remedium adhibeatur, optimum eſſet, ſi deputaretur Iudex particularis, qui ſolùm cauſas viduarum,& orphanorum audiret, ac etiã Notarius, & Aduoca

catus, conſtituto omnibus ſalario competenti, vt poſſint ſe ſubſtentare, & nihil à miſerabilibus perſonis accipiant.

De conqueſtu Nauiculæ Petri: de diligentia non adhibita in adiuuandis pauperibus tempore careſtia.

CAPVT DECIMVMNONVM.

OMNI tempore pauperes ſunt adiuuandi, ſed præcipuè tẽpore caritatis annonæ, ſiue cariſtiæ, quo multi fame pereunt: vnde nonnulla à Doctoribus concluduntur pro pauperum ſubuentione.

Primum, quod tempore cariſtiæ poſſunt diuites compelli cenſuris ad faciendum elee-

eleemoſinam pauperibus, Hoſt. Anto.
Abb. Imol. & communis in c. 1. de empt. & vend. & in c. 1. de offic. Ordin. vbi latè Fely. & in cap. ſi quis propter neceſſitatem de furt. Tiraq. alios cumulans de pęnis cauſa 44. num. 10. & de nobilitate c. 31. nu. 46.

Secundò, fuit ſtatutum à lege, quod diues, qui tempore abundantiæ noluit exigere triticum ſibi debitum à ruſticis ei oblatum, non poteſt illud exigere tempore cariſtiæ, l. nulli C. de erog. milit. annon. lib 12. & ibi Ioan. de Plat. & alij.

Tertiò, conſulunt Doctores Epiſcopis, vt iuſtas Principis taxas cenſuris adiuuent, cum vendentes frumentum contra taxas peccent mortaliter, & tenentur ad reſtitutionem, ita poſt alios, quos refert, tenet Nauar. in manual. confeſſ. c. 18. de peccatis circa emptionem, & venditionem

nem

nem, nam ratione peccati mortalis poſſunt excommunicari, cap. nouit de iudit. ex eadem cauſa poſſunt excommunicari facientes monopolia, & alia, quæ inducunt penuriam in Republica.

Tales diuites malè dicuntur, inquit enim ſcriptura, qui abſcondũt frumenta, maledicentur in populis; benedictio autem ſuper caput vendentium.

Diuites debent recogitare diem magnę penuriæ, quæ ſuperueniet eis, quãdo nudi, & pauperrimi egredientur ex hoc mundo, vocabunt diuitias, & non reſpondebunt eis, nec opem ferent; vtinam imitarentur illum diuitem, qui iam deſperatus à Medicis, omne aurum, & argentũ, ac omnes diuitias ad ſe adduci fecit, eas obnixè rogans, vt ei opitularentur, ne moriretur. dicens, ſcitis quod laboribus, & ſudoribus vos acquiſiui, & ſeruaui, opē

ferte mihi, ne moriar, & cum nihil reſponderent, prudenter dixit, vos vultis me derelinquere, ego faciam vt me præcedaris, & omnia pauperibus diſpẽſauit, vt per manus pauperũ in cœlum reportarentur, iuxta S. Laurentium.

Alius magiſter domus cuiuſdam Principis valdè diues, vocatus à Domino, vt rationem redderet, dixit ſe eſſe pauperrimũ, & nihil habere, niſi quingentum aureos, quos eleemoſinaliter pauperibus erogauerat, offerens omnia bona ſua Principi, qui bonitatem eius perpendens noluit amplius rationes exigere: dicitur in Euangelio: Negotiamini dum venio, etenim omni tempore debemus benè operari, ſed tempus penuriæ præcipuè eſt aptiſſimum diuitibus ad negotiandum, & comparandum ſibi cœlum, vnde pati non debent, vt inutiliter labatur,

conſi-

cōſiderantes etiam eos tot homicidia committere, quot pauperes non alunt, panis egentium (inquit ſcriptura) vita pauperum eſt, qui defraudat illum, vir ſanguinis.

Referam formidabile exemplũ eius, quod annis proximè elapſis in Anglia euenit: Quidam diues auarus frumentum pauperibus non niſi rigoroſo, & magno pretio venale expoſuerat, egenis ob inopiá emere non valentibus, accidit Dei iudicio, vt dum ſupra horreum tritici deambularet, pauimentum rueret, ipſeq. in horreum lapſus ſtatim à magna muriũ multitudine viuus commeſtus fuerit.

Solent demum aliqui auari induci ad faciendum eleemoſinam, ſed tam parcè, vt iulium, ſiue carolenum diuidant quinquaginta pauperibus, & vltra, & nulli ſufficienter prouideant, dicentes, melius

Digitized by Google

eſſe pluribus diuidere, quam totum vni dare, iuxta Pſal. Diſperſit dedit pauperibus: quod non negatur, dummodo ſufficienter fuerit vni prouiſum, ita tradit S. Thom 2. 2. q. 32. art. 10. declarans illud Tobiæ, quomodo potueris ita eſto miſericors: ſi multum tibi fuerit, abundanter tribue; ſi exiguum tibi fuerit, etiam exiguum impartiri ſtude. Debent igitur diuites ſufficienter vni prouidere, & deinceps alijs, alias credere, quod ille pauper, cui obolum dedit, multos ab alijs recipiet, res admodum incerta eſt, properabit nox, & ille fame peribit, quando verò eſt vni ſufficienter prouiſum, laudabile eſt pluribus eleemoſinam dare.

De

De conqueſtu Nauiculæ Petri: quando nobiles in menſa non ſeruant conſilium Auguſtini.

CAPVT VIGESIMVM.

COnſultus Auguſtinus, an nobiles ieiunantes poſſint comedere cibos pretioſos ſemel in die; Reſpondit poſſe his verbis; non cogantur diuites pauperum cibis veſci, vtantur conſuetudine infirmitatis ſuæ, ſed doleant aliter ſe non poſſe ſubſtentare, ſi conſuetudinem mutant, ægrotant, vtantur ſuperfluis, dent inopibus neceſſaria, vtātur pretioſis, dent pauperibus vilia; ita habetur in cap. non cogantur diſt. 41. vbi Doctores dicunt in hoc caſu deferri nobilitati propter conſuetudinem, quam

ſi mutant, facilè infirmantur, ſed Petri Nauicula conqueritur, quando non dãt ſuperflua, & vilia pauperibus.

Scribit Plutarcus fuiſſe à Romanis ſtatutũ, quidquid ſupererat in conuiuijs nuptiarum, & alijs eſſe diſpenſandum pauperibus, ſcribit etiam quendam Regem Perſarum nunquam voluiſſe in menſa accumbere, niſi prius tuba coadunari feciſſet omnes pauperes, vt, quod ſupererat, comederent.

In Anglia Abbas Euſtachius vir magnæ ſanctitatis ſua prædicatione impetrauit, quòd multi ex ciuibus haberent quotidie in menſa diſcum eleemoſinarum, in quo reponerent aliquam partem cibariorum ſuorum ad opus indigentium, qui nihil ſibi præparauerant.

Quinimmo Chryſoſtomus hortatur diuites ad comedendum cum pauperibus in

eadem

Digitized by Google

eadem menſa, quod fortè aliquibus videtur durum, ſed verba ſunt Chriſti Saluatoris noſtri: cum facis prandium, vel cœnam, noli vocare amicos tuos, neq; fratres tuos, neq. cognatos, neq. vicinos diuites, ne fortè te viciſſim vocent, & tibi fiat retributio; ſed cum facis conuiuiũ voca pauperes, & claudos, cæcos, & eris beatus, quoniam non habent quid retribuant; retribuetur autem tibi in reſurrectione iuſtorũ, quod primò Chriſtus, vltra diuinitatem ex ſtirpe Regia deſcendens ſeruauit comedens cum pauperibus piſcatoribus.

Sanctus Ludouicus Rex Francorum idem ſeruabat, vt cum pauperibus comederet. Legitur de Carolo Quarto Imperatore, quod ſedens in menſa tres leproſos ad ſe venientes in alia menſa prope ſuam ſedere fecit, ac comedere, eiſq. proprijs

ma-

Digitized by Google

manibus in cratere argenteo vinum propinauit, qui omnes cum bibiſſent, quod eis ſuperfuit, ipſe Imperator bibit, non lepram abhorrens, ſed in eorum perſona Chriſtum honorans, idem ſeruarũt Gregorius Magnus, & multi ſummi Pontifices, S. Ludouicus nepos ſancti Ludouici Regis, & alij viri deuotiſſimi, quos breuitatis cauſa omittimus. O fęlices diuites viliſſimis cibis, ac ſuperfluis pauperibus diſpenſatis, comparabitis vobis cibos cœleſtes, gloriam Dei, quæ ſola ſatiat, iuxta Prophetam, tunc ſatiabor cum apparuerit gloria; gratia Dei eſt nobilitas carnis, ſed maior nobilitas eſt eſſe bonus fidelis amicus Dei effici filius Dei, dedit eis poteſtatẽ filios Dei fieri, inquit Ioannes, & vilis timens Deum eſt maior omni nobiliſſimo viro, qui non timet Deum, inquit enim Sapiens: magnus

eſt

Digitized by Google

eſt Iudex, & potens eſt in honore, ſed nõ eſt maior illo, qui timet Deum, & nobilis malè viuens dicitur filius Diaboli, vnde Chriſtus, nolite dicere patrem habemus Abraham, vos ex patre Diabolo eſtis, & Deus vocat tales ignobiles, qui contẽnunt me erunt ignobiles. Fœlices vos ſi nobilitati corporis animæ nobilitatem coniungatis. Conqueritur itaq. Nauicula Petri, ſi nobiles non ſeruant conſilium Auguſtini de diſpenſando ſuperflua, & vilia pauperibus.

De conqueſtu Nauiculæ Petri: quando non ſit illa magna eleemoſina dotandi puellas pauperes in periculo honoris conſtitutas.

CAPVT VIGESIMVMPRIMVM.

SI inter opera charitatis maxima computatur ducere meretricem in vxorem, & qui eam ducit conſequitur remiſſionem peccatorum cap. inter opera de ſponſal. cum eam à damnabili ſtatu ſibi, & alijs eripiat, quãto magis merebitur, qui virginem in periculo honoris ob paupertatem conſtitutam, ne in talem miſerabilem ſtatũ cadat, pręſeruat, quàm miſerabilis ſit ſtatus meretricis, in ſacra ſcriptura compertũ eſt, pluribus enim turpi-

bus

Digitized by Google

bus nominibus eam appellat: Suem, propter luxuriam: Annulus aureus in naribus ſuis mulier pulchra, & fatua; nunc ſtercus, ob vilitatem; mulier fornicaria quaſi ſtercus in via: Vrſum, propter auaritiam: obcæcauit vultum ſuum, tamquam vrſum, & tamquam ſaccus in medio proximorum; ventum, propter inſtabilitatem; tenet eum, quaſi qui vẽtum teneat; Scorpionem propter malignitatem: mulierem nequam qui tenet; quaſi qui apprehendit Scorpionem: Dragonem, ob crudelitatem, cum ſit cauſa multorum homicidiorum, & quandoq. euerſionis ciuitatum. Commorari cum Dracone magis placebit, quam habitare cum muliere nequam: amariorem morte inueni mulierem amariorem morte, quæ laqueus venatorum eſt; eſt etiam periura; vnde prouerbium de meretrice

iurante: muliere iurante ridet cęlum.
In ſumma omnia opprobria inuenta ab Hiſtoricis, Poetis, oratoribus meretrici non ſufficerent.

In Vrbe Romana erat crimen læſæ maieſtatis, ſi meretrix tranſeunte Conſule per viam ſtatim non recedebat ab ea; ne ei obuiam iret, & ex his cognoſci poteſt, quam ſit meritorium præſeruare virginem, ne in talia opprobria labatur.

Sancta Mater Eccleſia proponit nobis exēplum S. Nicolai Epiſcopi Mirenſis tamquam pietatis ſpecimen, cum dotem dederit tribus puellis, quas pater ob paupertatem nuptui tradere nequibat, projciēs ſecretò per feneſtram ter in domum patris dotem omnibus congruentem.

Aliud exemplum admirabile dedit Sancta Pulcheria Imperatrix ſoror Theodoſij Imperatoris, cum enim honeſta puella

Eu-

Eudoxia, cui pater reliquerat centum aureos in dotem, eos recuperare nequiret à fratribus, qui eam etiam à domo expulerant, Pulcheriam adiuiſſet, vt ei dos à fratribus conſignaretur, deuotiſſima Imperatrix, eam benigniſſimè in eius palatio excepit, & q̃d admiratione dignũ eſt, multas animi dotes in Eudoxia agnoſcẽs, fratri ſuo Theodoſio Imperatori in vxorẽ dedit: omnibus itaq. præconijs digni ſunt Principes, qui puellas pauperes dotant, & è contra, omni ſupplicio digni auari diuites, qui puellas in periculo honoris ob inopiam conſtitutas non ſubleuant, de quibus conqueritur Nauicula Petri.

De

De conqueſtu Nauiculæ Petri: de Tutoribus ſpoliantibus bonis pupillos.

CAPVT VIGESIMVMSECVNDVM.

QVàm ſit abominabilis Tutorum impietas, & auaritia in pupillos, quos bonis ſpoliant, vnicuiq. naturali ratione facilè compertum erit.

Primò, hoc eſt exorabile, & irreligioſum, ac proditorium pupillos in tutelam ſuſceptos non ſolum non defendere, ſed bonis ſpoliare, quod eſt pluſquam latrocinium, ita habetur in cap. irreligioſum diſt. 86. his verbis irreligioſum, & execrabile eſt in tuitione ſuſceptos non defendere omni fide, & toto animo, & vltrà

trà latrocinium iudicatus boniſculis ſpoliare pupillos.

Legitur de Socrate, quòd cum paſſer, quem accipiter inſequebatur, ad eius ſinum cõfugiſſet, hortatus à diſcipulis, vt auem interficeret: reſpondit, magna eſſet impietas, & proditio interficere eum, qui ſe alicui in manus tradidit, vt protegeretur.

Hoc Tutorum delictum eſt adeo Deo abominabile, vt dicat ſe vindicaturum, & nominet ſe conſanguineum pupillorũ: ita inquit Salomon; ne attingas paruulorum terminos, & pupillorum agrum ne introeas; propinquus enim illorum fortis eſt, ipſe iudicabit contra te cauſam illorum vbi Doctores dicunt: Deum vocari propinquum pupillorum.

Miſeri tutores talia agẽtes, permittit Deus, vt ipſi, & filij eorum in maxima egeſtate

ſint,alij diuidũt propria,& ditiores ſunt,
alij rapiunt non ſua, & sẽper in egeſtate
ſunt, immo eorum familiæ extingũtur:
inquit enim ſcriptura ſacra; Nepotes im
piorum non multiplicabunt ramos; vn-
de prouerbium non habet euentus ſor-
dida præda bonos. & alibi, Sanctus Iob
inquit: hæc eſt pars impij apud Deum,
& hæreditas violentorum,ſi multiplica-
ti fuerint, filij eius, in gladio erunt, nepo-
tes eius non ſaturabuntur pane: quid er-
go proderit tutori latrocinium ſuum?
Audi Auguſtinum: lucrum in arca, dã-
num in conſcientia tollit veſtẽ, & perdit
fidem, acquirit pecuniam, & perdit iuſti
tiam, fides hic accipitur pro fidelitate,
quæ debetur Deo, & proximo, quos pro-
dit: tutorum bona ſic acquiſita quaſi
fluuius labuntur: ſubſtantia impiorum
quaſi fluuius ſiccabitur, ideſt torrens,
elee-

eleemoſinæ ex dictis bonis non profuerunt; vnde Sapiens, qui offert ſacrificium Deo ex ſubſtantia pauperum, quaſi qui victimat filium in conſpectu patris: è contra tutores fideles, erga pupillos, erunt Deo gratiſſimi, vnde Iſaias: ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite viduam, & venite, & arguite me, dicit Dominus, ſi fuerint peccata veſtra, vt coccinnum, quaſi nix dealbabuntur. Conqueritur itaq. rationabiliter Nauicula Petri de Tutoribus latronibus, & congratulatur bonis, & fidelibus.

Digitized by Google

De conqueſtu Nauicula Petri: De promotis ad honores ingratis erga Electores.

CAPVT VIGESIMVMTERTIVM.

EVenit aliquãdo, quod promoti ad honores, & dignitates ſunt ingrati erga Electores, dicentes, fuiſſe electos à Deo, non ab eis immemores obligationis antidoralis, quam omnes natura docet, vt benefacienti benefacimus; tales decipiuntur, vt ſingulariter tradit deuotiſſimus, & ſanctiſſimus Gregorius Magnus in c. 1.8.q.2. dicens, ex debito gratitudinis teneri electũ ad dignitatem benefacere Electoribus, & ibi gloſſa, & Doctores, nec poteſt dici electionem miniſtrorũ Eccleſiæ particulariter fieri à Deo, & proin-

de

de nullam oriri obligationem antidoralem, ſi quidem quãuis diuina prouidentia in omnibus rebus locum habeat, & Deus permittat, vt eligatur bonus, vel malus, ſecundum merita, vel demerita populorum, non ideo affirmare poſſumus electionem principaliter fuiſſe factam à Deo, & non ab hominibus, niſi appareat aliquod ſignum, vt poſt alios, quos allegat tradit Bellarm. de clericis. Quinimmo Eccleſia prohibet electionem fieri per ſortes, in quibus principaliter prouiſio expectatur à Deo, cap. eccleſia de ſortileg. Fit igitur electio ab hominibus, qui poſſunt mereri, & demereri eligendo dignum, vel indignum, & ſucceſſiuè oritur obligatio antidoralis, q̃ tollere eſſet tollere Solem è cœlo, q̃ ſummoperè cõmendant ſacri Canones, vt decernãt eam excuſare cẽs à ſimonia,

& ab vſura, cap. & ſi quæſt. de ſimonia.
Item tradunt Doctores, Chriſtum contuliſſe ſummum Pontificatum Petro, ob meritum confeſſionis Petri; cum enim Chriſtus interrogaſſet diſcipulos: Quem dicunt homines eſſe filium hominis, alijs dicentibus Eliam, alijs Ioannem, reſpondit Petrus: tu es Chriſtus filius Dei viui, meruit hęc confeſſio Petri, iuxta ſanctos, vt Chriſtus ei ſummum Pontificatum conferret, & tibi dabo claues, quamuis tunc tantùm promiſerit, & deſignauerit Petrum Vicarium, ſed poſt mortem cōſtituerit; hæc obligatione antidorali multi ſummi Pontifices vſi ſunt, qui electorū neceſſitatibus conſuluerūt, eoſq. magnis honoribus decorarunt, vt in eorum vitis legi poteſt, præſertim Innocentius VIII. Iulius III. Pius II. Pius V. Clemens Octauus, Paulus V. Gregorius XV. &

alij

Digitized by Google

alij, quos breuitatis cauſa omittimus. Conqueritur itaq. rationabiliter Petri Nauicula de ingratitudine promotorũ ad dignitates, honores, & beneficia erga Electores: natura enim, quia homo homine eget, inuenit aliquos modos, vt inſimul alligaremur ad benefaciendum inuicem, & ideo inuenit obligationem antidoralem, quæ etiam cognita fuit in animalibus irrationalibus, vt legitur de Tigre, de Leone in amphitheatro Vrbis tempore Titi, & Veſpaſiani gratiſſimo erga Andronicum ſeruum, qui aliquando ſpinam ab eius pede euulſerat, poſtea traditus dicto Leoni ad deuorandũ Leo ad pedes eius prouolutus eum non læſit, ſed cauda, & corporis motu lætitiæ, & gratitudinis ſigna oſtendit, vt nihil hac gratitudine, & Leonis actione iucundius in triumpho Titi, & Veſpaſiani fuerit, &

non

Digitized by Google

non deſunt alia exempla, quæ ponit Eboracenſis, Officina Textoris, & alij. Item natura, vt homo homini proſit, & nõ noceat, nos omnes cognatos appellat, l. vt vim ff. de iuſt. iur. ibi, poſuit enim quandam cognationem inter homines, quinimmo Electores videntur præferendi conſanguineis, cum fuerint cauſa potiſſima electionis.

De conqueſtu Nauiculæ Petri: quando Sacerdotes non honorantur.

CAPVT VIGESIMVMQVARTVM.

QVando ſacerdotibus debitus honor non exhibetur, deſcendit ira Dei in populum, inquit Canon in cap. ſunt plurimi 6. quæſt. 1. & Chriſtus dixit: qui vos ſpernit me

me ſpernit; & alius Canon prohibet orari pro eo, qui ſacerdotem tantùm abſtrahit à cultu diuino, relinquendo illum tutorem, cap. Cyprianus 21. q. 1. quid erit dicendum de maledicentibus, & perſequentibus Sacerdotes; innumera exempla adduci poſſent pęnarum, & calamitatum perſequentium, & malè tractantium ſacerdotes; omnes enim Hiſtoriæ plenæ ſunt ignominijs, opprobrijs, ſupplicijs, quibus vexati, & attriti fuerunt; pauca tamen referemus: Duo Gentilium, & duo Fidelium Romanorum tanta fuit reuerentia erga perſonas religioſas, vt in magno honore habuerint Virgines Veſtales: Erant in Vrbe quædam virgines dictæ Veſtales, eo quod falſæ Deæ Veſtę ſeruiebant, quam credebant eſſe ignem, quem ipſæ continuò die, ac nocte cuſtodiebant, per triginta annos

ſer-

ſeruabant virginitatem, poſtea poterant matrimonium cõtrahere; tales virgines ſolum religionis cauſa in tanta fuerunt veneratione apud Romanos, vt per Vrbem aliquando deambulantes, ſi caſu obuiam iuerint damnato ad mortem, ſtatim ille liberabatur. Ijdem Romani Augures in tãta veneratione habuerũt, vt conceſſerint eis poteſtatem impediẽdi comitia, ideſt congregationes populi pro electione officialium, & impediẽdi quæcunq. negotia, ita quòd, ſi Augur dixiſſet Conſulem debere relinquere officium Conſulatus, erat ei obtemperãdum; poterat etiam tollere leges, deſtruere conſilia, & alios ordines: tanta erat reuerentia erga religionem, quamuis falſiſſimam, & perſonas religioſas; quanto magis reuerẽtia exhibenda eſt veris Sacerdotibus Dei altiſſimi. Scribit Polido-

do-

dorus Virgilius in vita S. Thomæ Can-tuarienſis, quoſdam in contemptũ dicti Sancti, caudam eius equi obtruncaſſe: iudicio Dei factum eſt, vt omnes ab eis deſcendentes cum cauda ad inſtar animalium brutorum naſcerentur, & Hiſtoriæ Neapol. tradunt, quoſdam furto ſubtraxiſſe gallinas S. Agnelli Patroni Ciuitatis Neap. ac omnes deſcendentes ab eis per longum tempus cum pennis, ſeu pẽnatos in lucem veniſſe, & alia exẽpla non deficiunt, quæ breuitatis cauſa amittuntur; commemorare tamen libet magnam reuerentiam exhibitam Sacerdotibus à glorioſæ memoriæ D. Petro de Caſtro Comite de Lemos Prorege Neap. ac Excell. D. Franciſco de Caſtro nunc Comite de Lemos eodem officio Neap. functo, nunquam enim, quamuis in magna dignitate conſtituti, alloquuti ſunt

Sacerdotes, niſi tecto capite Sacerdotum.

De conqueſtu Nauiculæ Petri: de occupatoribus bonorum, et iurium eccleſiarum.

CAPVT VIGESIMVMQVINTVM.

MAgnum eſt ſcelus occupare bona, & iura eccleſię, inquit enim Deus, vt ſacra ſcriptura teſtatur: Sanctuarium meum metuito, & furtum tantò eſt grauius, quantò res eſt pretioſa, quæ ſubtrahitur; bona autem Eccleſiarum, & iura fuerunt acquiſita à Chriſto ſanguine ſuo pretioſiſſimo, vnde appellantur patrimonium Crucifixi, cap. cum ex eo de elect. in 6.

fue-

fuerunt etiam bona Eccleſiæ oblata pro refrigerio animarum in Purgatorio exiſtentium, cap.vndiq. 12.q.2 vnde Imperatores his cauſis moti ſtatuerũt, vt quilibet ad pias cauſas habeat liberam poteſtatem diſponendi, l. 1.C.de ſacroſ. eccl. Eccleſia etiam fulminat cenſuras contrà tales occupatores, quæ mirabiles aduerſus tales ſortitæ ſunt effectus, & vltra exempla antiqua ſacræ ſcripturæ, Balthaſſaris Regis, filiorum Heli, Eliodori Antiochi, Regis Oziæ, aliqua exempla ex hiſtorijs deſcribemus calamitatum, quibus tales infęlices attriti ſunt.

Valentinianus Imperator iunior vſurpator bonorum, & iurium Eccleſiæ, ab inimico Argobaſto laqueo fuit ſuffocatus.

philippo Pulchro eodem crimine polluto tres nurus impudiciſſimæ, quæ Regium ſanguinem maculauerãt, cum ſuis adul-

teris publicè decapitatæ fuerunt, ipſe quoq. ab apro ex equo deiectus infœliciter obijt.

Henricus Quintus Imperator ob eandem cauſam à Gregorio Septimo excommunicatus fuit, permiſit Deus, vt eius filius in patrem arma moueret, dignitate Imperiali ſpoliaret, ac poſt mortem per quinquennium eius cadauer ſubdio permanſit, ac ſepultura Aſini honeſtatum fuit.

Alphonſus Septimus Rex Caſtellæ vſurpator bonórum, & ornamentorum eccleſiæ in bello occubuit, ita vt eius corpus nunquam rèpertum fuerit.

De petro Quarto Rege Aragonum, tradũt Scriptores, monitum illum fuiſſe à procuratoribus cuiuſdam eccleſiæ, vt reſtitueret ea, quæ ab ea abſtulerat: cumq. ſæpe monitus noluiſſet reſtituere, tãdem

tali

Digitized by Google

tali die citauerunt eum ad Tribunal Dei; qui die ſtatuta ridens, ac paruipendens minas procuratorum bona valetudine, repentina morte ſublatus eſt.

Friderici Imperatoris iurium, & bonorum eccleſiæ occupatoris, & perſequutoris familia miſerè extincta eſt. Ipſe, qui matrem eccleſiam perſequebatur, à Manfredo eius filio, veneno in clyſteri poſito, è medio ſublatus eſt.

Manfredus eius filius pariter occupator Regni Neapolitani feudi eccleſiæ per decẽnium in bello commiſſo cum Carolo primo Andegauenſi, propè Beneuẽtum excommunicatus occiſus fuit, eiusq. corpus in flumen à Legato Apoſtolico proiectum fuit.

Corradus filius Friderici veneno ſublatus, Corradinus Neapoli decapitatus, & hoc pacto extincta eſt Domus Friderici Imperatoris

pera-

peratoris iurium eccleſię, ac libertatis de cupatoris, fuerat enim à Papa excommunicatus, ac Imperio, & Regnis priuatus; quæ ſummi Pontificis ſententia eſt, & cū paulò poſt in ſe, & ſuis deſcendentibus ſortita eſt.

De Carolo Martello Principe Gallię, qui in bello contra Saracenos Eccleſiæ vaſis argenteis, & aureis, alijsq. bonis vſus eſt, & parta victoria, ea non reſtituit, duosq. Epiſcopos in exilium eiecit: traditur in eius obitu terribiles voces, ac clamores in tecto domus auditos fuiſſe, ac eius corpus poſt paucos dies in ſepulchro repertum non fuiſſe, vt tradunt Hiſtoriæ Gallorum.

Sanctus Ludouicus Rex Fracorum cornua confregit cuiuſdam Comitis Cauillonis, qui Eccleſiam, Clerumq. inermem diuexabat, & cæteris omiſſis breuitatis

cauſa

cauſa: duo exempla referemus duorum Comitum Gallorum, qui bona, & iura Eccleſiæ occupauerunt; vni in domo ſedenti facies retrorſum verſa eſt, & interijt; alter cum eſſet in menſa fuit vocatus à quodam in via equo inſidenti, qui eum in conſpectu multorum equum aſcendere coegit, ſtatimq. diſparuit, nec amplius viſus fuit.

aca Regina Caſtellæ, vt tradit Mariana de rebus Hiſpaniæ, expilatrix rerum eccleſiæ Sancti Iſidori; dum Eccleſiam prædictam ingredi vellet in limine morte repentina occubuit: & hæc breuiter adduxiſſe ſatis ſit ad reprimendam temeritatem occupatorum bonorum, & iurium Eccleſiæ.

D:

Digitized by Google

De conqueſtu Nauiculæ Petri: De dominis, qui ſubditis pauperibus venationem, aut piſcationem prohibent.

CAPVT VIGESIMVMSEXTVM.

TRadunt Doctores, conueniẽs eſſe, vt Domino temporali alicuius Terrę propter onerà, quæ ſuſtinet, recreationis cauſa reſeruetur aliquis locus venationis, vel piſcationis, ſed velle prohibere vaſſallis venationem, vel piſcationem in toto territorio; ex qua pauperes ſibi poſſunt victum quærere, ac à lege naturæ eis conceſſa, nimis durũ eſt; ſed tantùm in loco ſibi reſeruato ex conſuetudine immemorabili, quæ non habuerit ortum à violentia, benè poteſt pro-

prohiberi venatio tempore, quo animalia generant, vel tempore ſatorum, aut cum inſtrumentis aptis ad deſtructionem piſcium, vel ferarum, & etiam in his caſibus non eſt exigenda magna pœna à contrauenientibus puta fruſtigationis, vel alia ignominioſa, licet ad terrorem quandoq. poſſit imponi, ita tenet Sot. de iuſt. & iur. lib. 6.4.q.6.art. Nauar. in c. 17. nu. 121. Couar. in in reg. peccatum in § 8. Moli. de iuſt. & iur. tract. 2. diſp. 4. poſt Gaetan. & alios: vnde acrem reprehẽſionem tulit quidam Dominus temporalis, qui occiſo Capreo à vaſſallo, hæc indigniſſima viro Chriſtiano verba protulit, minus acerbum ſibi fuiſſe, ſi occidiſſet vaſſallus hominem, quàm Capreum, quinimmo Lucas de Penna Doctor famoſus in l. vſum C. de aquæduct. lib. 11. probat conceſſionem aquarum

factam à Principe Baronibus non eſſe intelligendam, vt prohibeant piſcationem à lege naturæ eis conceſſam, ſed quoad ędificia Molendinorum, Valcheriarum, ſcafarum, vt requiratur licentia Baronis, immo acceptum eſſe deberet Baronibus chriſtianis, vt pauperes ex piſcatione, & venatione ſibi victum quærerent, & occaſionem furandi, peierandi euitarent, iuxta illud Salomonis, qui non deſiderabat paupertatem, nec diuitias, paupertatem ne committeret furtum, aut periurium; debet conſiderare vaſſallos in ſacra ſcriptura vocari fratres Domini: Non eleuetur cor Regis in ſuperbiam cõtra fratres ſuos, ideſt ſubditos; & alibi: rectorem te poſuerũt, noli extolli, ſed eſto in illis quaſi vnus ex illis. Gratum itaq. debet eſſe Dominis temporalibus hãc occaſionem quæ-

rendi

Digitized by Google

rendi victum præbere pauperibus. Dicit enim S. Thom. de regimine Principum teneri Dominos temporales etiam vaſſallos dirigere ad cultũ diuinum, & ideo hæc occaſio debet eſſe illis gratiſſima.

De conqueſtu Nauiculæ Petri: de diuitibus auaris peregrinos hoſpitio non excipientibus.

CAPVT VIGESIMVMSEPTIMVM.

SI conſiderarent miſeri diuites auari bona hoſpitalitatis, & quàm longè diſtãt à doctrina Chriſti, ac ſeruorum ſuorum, eam non ſeruantes, eorum ſtatum deplorarent præteritum; admiratione planè dignum eſt, quòd multi diuites

ædificant magna palatia pro honore ſuę perſonæ, & in dictis palatijs duas cameras pro ſuſcipiendis Peregrinis, ſeu potius Chriſto in perſona peregrinorum conſtruere, vel inſtruere non cogitant. De bonis hoſpitalitatis multa dicit Peraldus in Summa vitiorum, & virtutũ, Doctores, & Prædicatores in feria ſecunda poſt Paſcha, ad quos remitto lectorẽ, quàm longè diſtant à doctrina Chriſti, & diſcipulorum patet, quia diſcipuli nõ ſolum hoſpitabantur peregrinos, ſed eos cogebant ad hoſpitium, vt apparet in diſcipulis euntibus Emaus cogentibus Dominum. Item Diſcipuli Chriſti quærũt peregrinos per vicos, & plateas, vti ſeruabat S. Gregorius: iuxta illud: ite ad exitus viarum, & quoſcumq. inueneritis, vocate ad nuptias: item non ſolum ibant obuiam peregrinis, ſed cum alacrita-

crita-

critate, & feſtinatione eis miniſtrabant; vnde legitur de Abraham, quòd videns tres iuuenes, ſeu Angelos occurrit in occurſum, feſtinauit ad Saram, ipſa ad armentum cucurrit, tulit inde vitulum tenerrimum, deditq; puero, qui feſtinauit, & coxit: vbi Origenes notat in domo iuſti omnes currere ad opera charitatis exercenda; vtilitates etiam hoſpitalitatis plures recenſentur in Speculis exemplorum; duo tantùm exempla, breuitatis cauſa adducemus ex alijs locis excerpta. Erat in Polonia quidam nomine Piaſtus, obſcuri generis, qui tempore charitatis annonæ, dum inter Proceres ageretur de electione Regis, ſuillum, ſeu porcellum parauerat pro cõſanguineis, ac vas mellis, qui ad eum veniſſent ad congratulandũ de filio maſculo tunc temporis ei nato, venerunt pariter ad

eius

Digitized by Google

eius domũ duo peregrini, qui benigniſſimè ab eo hoſpitio excepti fuerunt, diſcedẽtibus poſtea dictis peregrinis, magna hominum multitudo ob panis penuriam ad eius domum confugit: ipſe omnes excepit, nec vnquam mel, nec caro ſuina defecit, vulgato per Vrbem miraculo Dei nutu, fuit Piaſtus vir humilis electus Rex Poloniæ, & poſt eius mortẽ eius filius. creditur illos duos peregrinos fuiſſe ſanctos Ioannem, & Paulum Romanos: erat iſte Piaſtus ſolitus hoſpitari peregrinos, & ita à Deo meruit remunerari. Occurrit etiam aliud exemplum cuiuſdam presbyteri, qui domum cõſtruxerat in quadam via ad recreandos peregrinos, qui ob itineris longitudinem dictum locum defatigati, ac ferè mortui adibãt, eos benignè excipiebat, & gratis amore Dei cibo refocillabat, ac recreabat,

bat, hoc opus fuit adeo Deo gratum, vt dicto presbytero gratiam miraculorum conceſſerit. Inter alios peregrinos omni charitate recipiendi ſunt euntes ad viſitandum ſanctum Sepulcrum, & alia loca Terræ ſanctæ: iſti enim primò confitentur veritatem fidei viuis operibus, inquit enim Hieron. in epiſt. ad Deſideriũ eſſe partem fidei adorare, vbi ſteterunt pedes Domini, & tam longo itinere proteſtantur fidem noſtram, qua credimus filium Dei in dictis locis fuiſſe crucifixum, ſepultum, ac reſurrexiſſe. Vnde iſti peregrini, tanquam deuotiſſimi fideles adiuuandi ſunt, & tanquam grati erga Chriſtum, qui pro nobis deſcendit de cęlo in terram, & quæſiuit nos in Hieruſalem, dicti peregrini non valentes eum viſitare in cœlo, viſitant in loco, in quo operatus eſt noſtram ſalutem;

ii tertiò

tertiò dicti peregrini imitantur Sanctos Patres, qui plures in anno viſitabant Hieruſalem; Beatiſſima Virgo Maria viſitauit dicta loca dum vixit, vt ait Hieronymus: Paula etiam eius diſcipula, Euſtochius filia, & alij innumeri ſancti Principes, & Prælati, quinimmo vt ſcribit Philo Hebræus, Gentiles etiam Hieroſolymitanum templum viſitauerunt munera deferentes. Agrippa Auus Caligolæ viſitauit Templum, Cæſar Auguſtus per literas mandauit primitias dari Sacerdotibus Templi: Tiberius etiam Imperator magna in veneratione habuit templum; præterea dicti peregrini magnam pro ſe, & adiuuantibus eos ex tali viſitatione gratiarum copiam ſperare poſſunt: Solet enim Deus magis in vno loco, quàm in altero gratias facere, vt compertũ eſt in Templo Salomonis;

in

in probatica piſcina; in vna Eccleſia, magis, quàm in altera; quid enim eſt illud ſacratiſſimum ſepulcrũ in quo verbum Dei moratum fuit, niſi abyſſus gratiarum, apotheca aromatum, pelagus curationum variarum infirmitatum, fons perennis ſanitatum, flagellum mirabile, ac terribile Dæmonum; refugium omnium tribulatorum, & egentium: Conceduntur etiam multæ indulgentiæ à à ſummis Pontificibus dictis peregrinis; adiuuandi igitur ſunt omni charitate, & alacritate, qui nobis ſuis orationibus multum prodeſſe poſſunt.

Libet hic ad exemplum aliorum Principũ deuotiſſimam viſitationem ſancti ſepulchri Fulconis Comitis Andegauẽſis deſcribere; Iſte Comes ſecum duxit duos ſeruos, eosq. iuramẽto obſtrinxit ad obtemperandum ei, & exequendum quic-

quid eis præciperet, deinde induit veſtẽ homicidæ damnati ad mortem, vnus ſeruus laqueo gulæ impoſito ipſum trahebat, alter virgarum faſciculo terga verberabat; ipſe clamans hæc verba proferebat: Parce Domine miſero Fulconi periuro, & fugitiuo: ignoratur tamen quod peccatum cõmiſerit; fuit iſte actus deuotionis Deo acceptus, nec ab hominibus contemptui habitus, ſed commẽdatus: *Permiſit* Deus, vt temporis progreſſu Nepos ex filia ſua Fulco etiam appellatus electus fuerit Rex Hieruſalem. Henricus Quintus Rex Angliæ deuotiſſimus ſacrorum locorum, vt eorum memoria in Regno ſemper haberetur, duabus ciuitatibus nomen impoſuit vni Bethleem, & alteri Sion. Conqueritur ergo iuſtè Nauicula Petri, ſi non ſeruetur hoſpitalitas.

De

Digitized by Google

De conqueſtu Nauiculæ Petri: de dominis malè tractantibus ſeruos Chriſtianos.

CAPVT VIGESIMVMOCTAVVM.

COnqueritur Mater Eccleſia, quando Domini malè tractant ſeruos Chriſtianos.

Primò, quia afflictis non eſt addenda afflictio, & magna afflictio eſt priuatio libertatis.

Secundò, quia ſecundum leges de iure naturæ omnes naſcimur liberi, ſeruitutem autem introduxit humana miſeria.

Tertiò, quia poteſt permittere Deus, vt Dominus efficiatur ſeruus infidelium, & experiatur duriſſimam ſeruitutem; non enim Dominus erit prudentior Ioſepho Hebræo, qui tamquam ſeruus fuit ven-

ditus Iſmaelytis, dicit etiam Diuus Gregorius, Deum dixiſſe homini, vt dominaretur cunctis animantibus, & ſucceſſiuè natura non dominatur alijs hominibus, & ideo non debet in ſuperbiam eleuari.

Seneca etiam dicit ſeruos eſſe familiariter tractandos, ſunt enim homines quemadmodum tu, ſunt tui domeſtici, tui humiles amici, immo tui conſerui, ſi tu varietatem, & infortunia rerum humanarum conſideres.

Sapiens inquit; ſi eſt tibi ſeruus fidelis, ſit tibi dilectus quaſi anima tua, quaſi fratrem ſic eum tracta, ne defraudes illum libertate, vnde dicebat quidem ſapiens; ſi ſeruus fidelis, eſt tractandus vt frater, debet illi dari dimidia hæreditatis, ſiue patrimonij.

Adrianus Imperator in Inſulam relegauit

Vm-

Vmbriciam matronam Romanam, q̃ ex leui cauſa atrociter tractauerat ſeruã ſuam, vt habetur in l. ſi Dominus §. fi. ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris.

Omni opprobrio digni ſunt Domini ſignantes in facie ſeruos ſuos, quod eſt etiam prohibitum à lege, l. ſi quis in metallum C. de pęnis.

Sanctæ Brigittæ à Deo fuit reuelatum ipsũ eſſe iratum aduerſus quandam Ciuitatem, ex quo Domini malè tractabant ſeruos ſuos Chriſtianos, vt in libro reuelationum; ſolent etiam ſerui ex deſperatione Dominos interficere, vt ſæpiſſimè viſum eſt.

Paulus Apoſtolus in Epiſtola ad Philemonem ſingulariter docet, quomodo ſint tractandi ſerui: Quidam ſeruus nomine Oneſinus aufugerat à ſuo domino Philemone, & confugerat ad Paulũ

Do-

Domini amicum Romæ carceratum, vt eum Domino commendaret; Paulus baptizauit ſeruum, ac epiſtolam miſit ad eius Dominum, quæ ab omnibus Domi nis ſeruorum legi deberet, rogans Dominum, vt velit eum tractare tamquam filium, & fratrem chariſſimum, & viſcera ſua, & illum recipiat, & habeat tamquam Pauli perſonam, & ſi in aliquo ei nocuerat, vel deberet, Paulo imputaret, his verbis: Tu autem illum vt mea viſcera ſuſcipe, non vt ſeruum, ſed pro ſer uo chariſſimum fratrem; ſi habes ergo me ſocium, ſuſcipe illum ſicut me, ſi autem aliquid nocuit tibi, aut debet, hoc mihi imputa, & quod eſt notandum, iſte ſeruus fuit ſanctus, & in Cathalogo Sanctorum legitur vita S. Oneſimi.

De

De conquaſtu Nauiculæ Petri: De ædificantibus ſuperba palatia, qui poſſent opem ferre pauperibus ſoluendo mercedem domorum conductarum.

CAPVT VIGESIMVMNONVM.

NON vituperantur palatia iuxta qualitatem, & dignitatem perſonæ, ſed ſuperfluitas reprobatur vltra perſonæ conditionem, poſſent enim talia ædificantes ſoluere mercedem domorum conductarũ à pauperibus, ſeu potius à Chriſto in perſona pauperum, & palatia pergrandia ſibi in cęlis ædificabũt, quamuis aliqui ſe excuſant quod ædificãtes ſunt pauperes, reperiuntur tamen pauperiores infirmi, & alij, qui ob verecũdiam elee-

moſinam petere non audent, habentq́; plures nubiles, quas dotare nequeunt cū periculo honoris.

Sacra ſcriptura hanc vanitatem conſiderās palatia hominum appellat tabernacula, & ſepulcra eorum domos, vt in Pſal. Sepulcra eorū domus illorum, tabernacula eorum à progenie in progenies, & rationabiliter: homo enim longiſſimæ vitæ nunquam tantum habitauit in palatio, quantum in ſepulcro.

Debent præ oculis habere dictum Pauli, ꝗ dum in hac vita ſumus, peregrinamur à Domino, habitatio noſtra in cęlis eſt: fatuus iudicaretur, qui nocte tantùm vnica commoraturus in caupona, illam cum magno labore, & impenſis ornaret: vita noſtra breuiſſima eſt, vnde Iob appellat eam punctum: ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto deſcendunt ad infer-

Digitized by Google

infernum, vbi D. Gregorius inquit. punctus eſt vita noſtra, quæ etiam ſi eſſet plurium dierum, vel annorum, non poteſt dici longa, nihil enim longum, quod habet finem, inquit Hieronymus, qui de malè viuentibus, & ædificantibus ſuperflua palatia dicit, ædificant tamquam ſemper victuri, & comedunt, & bibunt tamquam cras morituri; & certum eſt, Chriſtum, vt humilitatis, & modeſtiæ exemplum præberet, de eius habitatione dixiſſe: vulpes foueas habent, & volucres cęli nidos, filius autem hominis nõ habet, vbi caput ſuum declinet, quod in præſepio, & cruce apparuit.

Viſitatus Paulus Eremita ab Antonio intererogauit eum, ſi Chriſtiani ſequerentur ritus Gentilium in ædificandis ſuperfluis palatijs, cumq. Antonius reſpondiſſet: Multos ſequi talem morem,

amarè fleuit dicens, deberent fideles cõſiderare non habere hìc ciuitatem permanentem; res quidem mirabilis, quotidie in ſymbolo fidei confitęmur aliam vitam æternam; credo in vitam æternã, & in alio ſymbolo: & expecta vitam vẽturi ſæculi, & tamen in hac vita fragili breuiſſima, & tranſitoria ędificamus ſuperflua palatia: O quàm glorioſa palatia nobis præparantur in cęlis ædificata per manus pauperum, ſi mercedem domorum conductarum à pauperibus ſoluemus, vel alio modo eis opem feremus, vt legitur in vita S. Thomæ Apoſtoli, & in vita S. Ioannis Eleemoſinarij Patriarchæ Alexandrini apud Surium, & alios, & in Speculo exemplorum. Conqueritur itaq. Nauicula Petri de vanitate aliquorum Chriſtianorum ædificantium ſibi ſuperflua palatia, vltra conditionem

perſonæ,

Digitized by Google

perſonæ, qui poſſent æterna palatia ſibi modico pretio comparare diuitias huius mundi contemnendo, & erogando pauperibus: vnde Hieronymus inquit: nudam crucem nudus ſequar, nam habens victum, & veſtitum his contentus ero, vt habetur in cap. clericus 12. q. 2.

De conqueſtu Nauiculæ Petri: de ſuperfluitate in veſtibus, Chriſto nudo in perſona pauperum incedente.

CAPVT TRIGESIMVM.

DVÆ veſtes reperiuntur, vna animæ, altera corporis, de prima inquit Sapiens: omni tẽpore veſtimenta tua ſint candida, id eſt ornata virtutibus; & in Apoc.

Digitized by Google

dicitur: Beatus qui cuſtodit veſtimenta ſua, ne nudus ambulet: de ſecunda inquit Sapiens: In veſtitu ne glorieris vnquam (loquimur ſemper de ſuperfluitate in veſtibus) ſignificat etiam talis ſuperfluitas in veſtibus leuitatem; vnde Salomon amictus corporis, & ritus dentium, & ingreſſus hominum enuntiant de eo.

Veſtes facilè in ſuperbiam inducunt, vnde legitur in hiſtorijs, quòd primus Epiſcopus Rauennẽſis fuit à Valentiniano Imperatore donatus pallio ex cãdida lana, quo non niſi Imperator vtebatur, ex quo factum eſt; vt aliquando Rauennenſes Epiſcopi cum Romanis Pontificibus cõtendere auſi ſunt, vt tradit Iacobat. de concilio generali lib. 1. fol. 57.

Dionyſius Tyrannus gratiam faciebat omnibus latronibus, qui veſtes ſuperfluas pretioſas furabantur.

Cæ-

Digitized by Google

Cæſar Auguſtus, Alexander Seuerus, Carolus V. vt ſupra diximus in alio capitulo, magna modeſtia in veſtibus vſi ſunt.

Imperator Veſpaſianus cũ cuidam Iuueni quandam prefecturam conceſſiſſet, qui gratias acturus veſtibus admodũ pretioſis, ac nimio odore fragrãtibus ad eum acceſſiſſet, indignatus eum ſpreuit, ac redarguit dicens: acceptabilius ſibi fuiſſe, ſi allium oluiſſet, ac patentes literas reuocauit.

Legitur ſingulariter de Benedicto XII. qui iam effectus ſummus Pontifex, cum eius mater pauper opera Aulicorum veſtibus pretioſis induta ad eum viſitandum acceſſiſſet, Benedictus negauit hanc eſſe ſuam matrem dicens, hæc mulier videtur nobilis, & diues, mea mater erat ruſtica, & viles veſtes induebatur, quæ cõfuſa proprias veſtes recepit, & benigniſ-

mè

ſimè, ac ſummo honore ab eo recognita, ac excepta fuit.

Veſtis Eccleſiæ eſt charitas ſignificata per aurum, vt in Pſalm: Aſtitit Regina à deſtris tuis in veſtitu deaurato circundata varietate, ideſt in veſtitu deaurato charitatis circũdata varietate virtutum: plura exempla terribilia aduerſus ſuperfluitatem veſtium leguntur in Specul. exemplorũ, quæ breuitatis cauſa omittimus; hic commemorari libet redargui Principes, qui mágis honorant veſtes, quàm animi virtutes: Narrat Innocentius Quartus in libro de contemptu mundi, quendam Philoſophum habitu vili indutum non potuiſſe Principem adire, niſi poſtea indutum pretioſis veſtibus, cumq. coram Principe ſępe veſtes ſuas oſcularetur, miratus Princeps interrogauit Philoſophum, cur id

age-

ageret; reſpondit ille, honoro me honorantem, quod enim non potuit virtus, obtinuit veſtis, tacitè Principem redarguens veſtes magis, quàm virtutem honorantẽ, debẽt diuites veſtire pauperes; ſeu Chriſtum in perſona pauperum, qui eis præparabit ſtolam gloriæ idq. quàm ſit Deo acceptum, ſatis ſit referre Diui Martini exemplum, qui cũ medietatem pallij pauperi dediſſet, nocte ſequenti Chriſtus ei apparuit dicens: Martinus hac me veſte contexit, & oſtẽdent animi modeſtiam. Conqueritur itaq rationabiliter Nauicula Petri de ſuperfluitate veſtium aliquorũ, qui poſſent Chriſtum veſtire in perſona pauperum: Libet etiã hic referre exemplum relatum ab Archidiacono de duobus Religioſis, quorũ vnus cum dediſſet veſtem nudo pauperi, ſocius redarguit eum dicens: Illum

paupe-

pauperem fuiſſe virum improbum, eũq; amiſiſſe veſtem, qui reſpondit, melius eſt amittere pallium, quàm charitatem; hoc dictum eſt contra aliquos, nimis ſcrupuloſè ſcrutantes, & interrogantes pauperes.

De conqueſtu Nauìculæ Petri: De Medicis gratis non medentibus pauperibus.

CAPVT TRIGESIMVMPRIMVM.

DOctrina eſt Gloſſæ Magiſtralis ab omnibus recepta in cap. 1. diſt. 83. quod Medicus tenetur gratis curare infirmum pauperem, quia plus debet æſtimari ab eo vita proximi infirmi, quã denarius, dicente D. Gregorio in d. cap.

mor-

mortem languentibus probatur infligere, qui hanc, cum poſſit, non excludit; quinimmo ſubdit gloſſa, quod ſi infirmus eſt diues, etiam ſi nollet ſoluere mercedem, debet à Medico curari, & cũ conualuerit æger recuperabit mercedẽ, immo aliud notabiliter addit, quòd ſi infirmus prohibet medicum, ne illum curet tamquàm demens debet inuitus curari, ſicut poteſt per vim extrahi aliquis è domo, quæ ruinam minatur; ita tenent in loc. cit. poſt gloſſ. Archidia. Geminia. Turrecr. Præpoſ. Ioa. Andr. Antonius Abbas in cap. ad aures de ætat. & qualit. Andr. de Iſern. in conſt. Regn. in terra qualibet, & alij Doct. & Medici; quos refert, & ſequitur Tiraq. de nobilit. cap. 31.

Marſilius Ficinus in lib. 1. Epiſtolarum rereferr, Beatiſſimam Virginem Mariam

Digitized by Google

in ſomnis apparuiſſe eius patri medico illum admonentem, vt gratis mederetur pauperibus, & largas eleemoſinas diſpenſaret; noſtra tempeſtate Neapoli floruit Medicus Excellentiſſimus nunquam ſatis laudatus Cęſar Scannapecus, qui omnibus Religioſis gratis medebatur, ac etiam paupéribus relicta illis pro regimine notabili quantitate pecuniæ; ſed prædicta in multis locis malè ſeruatur: vnde rationabiliter contriſtatur Petri Nauicula, niſi remedium adhibeatur, vt tales medici impij coerceantur.

De

Digitized by Google

De conqueſtu Nauiculæ Petri: de non adiuuantibus animas in purgatorio peccatorum pœnas luentes.

CAPVT TRIGESIMVMSECVNDVM.

DEbent Fideles pluribus ex cauſis ſubuenire exiſtentibus in purgatorio, ſacrificijs, orationibus, & ieiunijs, vt in c. animæ defunctorum 13.q.2.

Primò, ratione amicitiæ, ac gratitudinis, multa enim paſſi ſunt parẽtes pro filijs; & è contra, multa viri pro vxoribus, vxores pro viris, amici pro amicis; & facili negotio poſſent orationibus, vel eleemoſinis, aut miſſis, alijsq. operibus pijs adiuuari, & non adiuuatur; magna certè ingratitudo, ſi poſſemus ponere aures ad

os Purgatorij, & ipſi defuncti loquerentur, quot eiulatus, lamentationes, fletus audiremus conſanguineorum, amicorũ maximè eorum, qui bona reliquerunt viuentibus, & eorum nõn reminiſcuntur; vnde Auguſtinus in ſermone inquit: ò quam magna crudelitas, fratres mei, quàm grandis inhumanitas infirmus iacet in lecto, clamat, & à medicis conſolatur: Porcus clamat, & omnes porci gregis clamant, cadit aſina, & omnes eã ſubleuant, clamat miſer Chriſtianus in purgatorio, & multi reperiũtur, qui nõ reſpondent.

Secundò, ſunt adiuuandi propter timorem; multi enim cruciantur in purgatorio inducti ad peccandum malo exemplo viuentium, vel quia non fuerũt correcti ab his, ad quos pertinebat, vt ſunt parentes, Epiſcopi, Curati.

Ter-

Tertiò, quia orabitur pro orãtibus pro defunctis, hoc enim ſuadet Sapiẽtia diuina, vt qua menſura menſi fuerimus alijs, remetietur nobis; poſſumus enim piè credere animas à Purgatorio liberatas orationibus aliorum, preces ad Deum pro illis effundere, multaq. bona impetrare, iuuat etiam oratio pro defunctis, iuxta S. Thom. ad meritum vitæ æternæ.

Quartò ob vitæ humanæ breuitatem, quæ velociſſimè velut ſagitta in aere tranſuolans tranſit, & de facili viuentes pęnas purgatorij experiẽtes aliorum ſuffragia expetent, quæ iuſtiſſimo Dei iudicio fortè non inuenient, cum pro alijs non orauerint.

Vltimò, atrocitas pęnarum omnes ad compatiendum mouere debent, minima .n. pęna purgatorij excedit omnes pęnas huius mundi, & crudeliſſima tormenta

ab immaniſſimis Tyrannis illata, ſecun dum Auguſtinum, & omnes Doctores, & ſuffragia viuorum ſi aliquando non in totum liberant, refrigerant animas: Exempla plura deſcribũtur de vtilitate orantium pro defunctis, in Speculo exẽplorum, per Bedam de rebus Anglorũ, per Cardin. Bellarmin. de arte benè moriendi, ad quos remicto lectorem, vnum tantum inſeram Othonis IV. Imperatoris adnotatione dignum, de atrocitate pœnarum.

Otho Imperator defunctus, apparuit Abbatiſſæ cuiuſdam monaſterij eius cognatæ, quæ in locutorio quendã leuiter pulſantem audiuit, ipſa feneſtra aperta Imperatorem vidit, cui Imperator dixit: defunctus ego ſum, & in purgatorij pœnis excrucior, mitte nuntios ad diuerſa & deuota monaſteria, & deciesmille pſal-

pſalteria pro me recitari facias, ita vt ad ſingulos pſalmos decem ictuum diſciplina, & ad vnumquemque verſum ſalutatio Angelica Aue Maria; ac Oratio Dominica addatur; pſalmus verò de profundis, quando diſciplina fit, dicatur, talibus remedijs poſt mortem viuens merui liberari; & idem Otho Imperator anno pręcedenti eius mortem tempore famis immēſam annonam diuerſis monaſterijs, & pauperibus larga manu diuiſerat, negotium ab Abbatiſſa cum deuotione ſuſceptum, ac perfectum fuit: cui in eodem loco Imperator claritate circundatus apparuit, dicēs: Gratias reddo tibi, pro me miſericordiſſimo Domino gratias age, quia iam à pęnis ereptus ad gloriam tranſeo ſempiternam, & quod etiam notandum eſt, deuotiſſimè ab hac vita migrauit, durāte enim infirmita-

mirate diuturna, omni die ſacerdotibus Chriſti dorſum tradebat flagellandum, illiusq. cōtritio magna videbatur, vt aliqui crediderint eius animā recto tramite ad cęlum euolaſſe. Refert hoc exempl ū Thomas Cantipatranus lib. 2. c. 53. relatus à Scriptore Annalium Eccleſiaſticorum Abrahamo Bzouio tom. 3. fo. 253.

De conqueſtu Nauiculæ Petri: de non adiuuantibus cōſtitutos in articulo mortis ad benè moriendum, præcipuè damnatos ad ſupplicium.

CAPVT TRIGESIMVMTERTIVM.

MIſerabiles ſunt, & omnium pauperrimi conſtituti in articulo mortis, quāuis antea fuerint fœliciſſimi propter tēpus

pus reddendæ rationis vitæ præteritæ tremendum Dei iudicium, & vehementes inſultus Dęmonum, qui ſi non adiuuentur, & confortentur, facilè in deſperationem induci poſſunt. Proinde conqueritur Eccleſia, ſi non hortentur ad benè moriendum. Id incumbit præcipuè habentibus curam animarum, quibus deficientibus omnes ex charitate id præſtare deberēt; vt autem ſimplices in promptu habeant aliqua verba exhortatoria, ea breuiter recenſenda putaui ex ſacra Scriptura collecta.

Si moriens timet Dei iuſtitiam poterit ei dici.

PEccator à prima ætate, vſque ad ſenium debet in Domino ſperare. Pſal. à cuſtodia matutina vſq; ad noctē, ſperet Iſrael

in Domino, ideſt, à iuuentute vſque ad mortem.

Si peccator commiſiſſet omnia peccata omnium hominum mundi, debet ſperare in Dei miſericordia. Pſal. copioſa apud eum redemptio, & alibi: multus eſt ad ignoſcendum; & alibi: præſtabilis ſuper malitia.

Moriēs pro certo habet, quod mater vellet eum ſaluare; multò magis Deus, qui, ſi illa obliuiſcatur, ipſe non obliuiſcitur, vt per Prophetam: Nūquid obliuiſci poteſt mater infantem ſuum, vt nō miſereatur filio vteri ſui, & ſi illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiſcar.

Moriens cogitat pacem cum Deo inire, ſed Deus prius pacem cogitauit: Ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis, inquit Scriptura.

Etiam ſi Deus occiderit peccatorem, debet

in

in eō ſperare: Iob. etiam ſi occiderit me, in ipſo ſperabo; verumtamen vias meas in conſpectu eius arguam, & ipſe erit Saluator meus.

Nullus homo ſperauit in Dominō, & confuſus eſt, inquit enim ſacra Scriptura: quis ſperauit in Domino, & confuſus eſt, aut quis inuocauit eum, & ſpreuit illum?

Deus conceſſit ei hoc tempus vitæ, vt ad pœnitentiam conuertatur: Paul. an ignoras, quòd benignitas Dei te expectat ad pœnitentiam.

Oculi eius in pauperem reſpiciunt: pſal. & alibi: Ad quem reſpiciam niſi ad pauperculum, & contritum ſpiritu, omnes enim ſunt pauperrimi in articulo mortis, & in vita, qui indigent gratia Dei.

Etiam peccator inueteratus, & immerſus in profundo peccatorum debet ſperare in eo. pſal. Renouabitur, vt Aquilæ iuuētus

Digitized by Google

mea:& alibi:De profundis clamaui ad te Domine, ideſt de profundo peccatorũ.

Chriſtus appellatur oleũ effuſum propter miſericordiam, quia ſanat infirmitates noſtras. Cant. oleum effuſum nomen tuum.

Candela accenſa in capite morientis,ſignificat Chriſtum veram lucem,& verum amicum,qui nunquam deſerit.

Si moriens accepit ſanctiſſimum Sacramentum, multò magis poterit ei dici.

SAnctiſſimum Sacramentum eſt pignus futuræ gloriæ,vt cantat Eccleſia. Qui manducat hunc panem viuet in æternum.

Qui cum Deo eſt non timebit mala mortis. pſal. Si ambulauero in medio vmbræ

mor-

mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.

Fęliciſſimos debent ſe exiſtimare vocati ad cœnam Domini. Apoc. Beati qui vocati ſunt ad cœnam Agni.

Hodie domui animæ tuæ ſalus facta eſt, vt dicitur dę domo Zachæi, qui hoſpitio Dominum excepit.

Poteſt dicere cum Propheta moriens, infirmus dicat, quia fortis ego ſum, immo fortiſſimus, vt aſcēdat ad montē cęli refectus ſanctiſſimo cibo, figurato per panem Eliæ, qui conduxit eũ ad montem Horeb, ſine alio cibo, quadraginta dieb⁹.

Si moriens contriſtatur, quia relinquit vxorem & multos filios pauperes, poteſt ei dici.

SI diues promitteret vxorem, & filios alere, vtiq. acquieſceret promiſſioni, hoc

pro-

promittit Deus: Proph. relinque pupillos tuos, & ego eos viuere faciam; viduæ tuæ & in me ſperabunt, quod ſæpe oſtendit cum Iſmaele puero filio Agar eiecto à domo Abrahæ, vnà cum matre moriente ob aquæ defectum, & ecce Angelus oſtendit matri puteum aquæ, & inquit ſcriptura: Exaudiuit autem Dominus vocem pueri, vt oſtẽderet protectionem puerorum.

Oſtendit etiam protectionem cum puero Ægyptio infirmo iacente in via expulſo à Domino Amalecita própter infirmitatem, & ecce Dei prouidentia tranſit Rex Dauid per viam, eum cibo refocillat, ac conſtituit Ducem exercitus, de quo exclamat S. Gregorius aduerſus deſperantes de auxilio Dei in eorum neceſſitatibus.

Pueri Hebræòrũ ordine Pharaonis omnes

erant

erant, cum naſcebantur, interficiendi ab obſtetricibus: Deus autem inſpirauit illis, vt eos ſeruarent excuſantibus ſe apud Pharaonem, mulieres hebręas non indigere earum auxilio in partu, ac etiam remunerauit obſtetrices.

Moyſes in ſporta proiectus in flumen, nonne diuina voluntate fuit à filia Pharaonis ſeruatus, & educatus?

Dominus cuſtodit aduenas, pupillum, & viduam ſuſcipiet: pſal. & alibi: cuſtodiēs paruulos Dominus. & alibi: viduæ, & pupillo non nocebitis, ſi lædetis eos vociferabuntur ad me; & ego audiam clamorē eorum, & indignabitur furor meus.

Tēpore Traiani Imperatoris oſtendit Deus magnam protectionem paruulorum, cū .n. domus terremotu corruiſſet, fuerūt inuenti ſub ruderibus duo infantes viui, vno ſugens vbera matris mortuæ, alter

ſugens

ſugens mamillam matris viuentis: quod etiam noſtra tempeſtate accidit.

Quid plura? Dominus dat eſcam filijs coruorũ derelictis à parentibus, vt in pſal.

Dominus calefacit oua Strutionis derelicta in terra: Iob. quando Strutio derelinquit oua ſua in terra, tu forſitan in puluere calefacies ea; paſcit omnia animalia, quę neq. metunt, neq. ſerunt.

Pauit Dominus te tot annis, qui nihil in hunc mũdum tuliſti, paſcet etiam filios tuos, & vxorem.

Si moriens contriſtatur propter dolores infirmitatis, vel ex alijs cauſis cruciatur, poterit ei dici.

NON datur præmium ſine labore. Paul. non coronabitur niſi qui legitimè certauerit.

Qui

Qui ſeminant in lacrimis in exultatione metent. pſal. & alibi: poſt tempeſtatem tranquillum facis, & poſt fletum, & lacrimationem exultationem immittis, & alibi: mortificat, & viuificat, vulnerat, & manus eius ſanant.

Multi in proſperitate Deum obliuiſcuntur, ſed tribulatio facit currere ad Deum: Proph. in tribulatione mane conſurgent ad te; & alibi: Domine in anguſtia quæſiuerunt te. & pſal. multiplicatæ ſunt iniquitates corũ, poſtea accelerauerunt.

Tribulatio purgat: pſal. igne me examinaſti, & non eſt inuenta in me iniquitas.

Tribulatus habet Deum ſocium: pſal. iuxta eſt Dominus his, qui tribulato ſunt corde: & alibi: cum ipſo ſum in tribulatione.

Tribulatio eſt via cęli: vnde Apoſtoli: oportet per multas tribulationes intrare regnum cęlorum: pſal. in tribulatione

Digitized by Google

dilataſti mihi, ideſt aperuiſti viam cęli.

In die malorum memento bonorũ, inquit Sapiens: multos dies ſanitatis habuiſti, ſuſtinere debes aliquot infirmitatis, & tribulationis; vnde Iob. ſi bona ſuſcepimus de manu Domini, mala autem quare non ſuſtinemus?

Beati qui lugent, quoniam conſolabuntur, inquit Saluator.

Tribulatus debet gaudere, Iacob. omne gaudium exiſtimate fratres chariſſimi, cum in varias tentationes incideritis, & pſal. lætati ſumus pro diebus, quibus vidimus mala, annis, q̃bus nos humiliaſti.

Impatientia tollit meritum.

Homo ſapiens de neceſſitate facit virtutem; patienter ferendo tribulationem.

Si

Si moriens ægrè fert mortem propter iuuentutem; dici poterit ei.

BEati mortui, qui in Domino moriuntur, inquit Scriptura, non dicit: beati, qui longo tempore viuunt.

Moriens ad Deum conuerſus non moritur, ſed eius vita in melius commutatur; vnde mors Sanctorum dicitur natale, & hęc vita ęternę comparata dicitur mors, inquit Gregorius.

Hæc eſt ſenectus tua, cum Domino placeat, vt moriaris; vnde quidam ſapiens, nemo moritur non ſenex.

Peregrini gaudent completo itinere.

Sponſa gaudet, dum pergit ad ſponſum, ſic anima noſtra ſponſa Chriſti debet gaudere, dum tranſit ad eum.

Credere poſſums quod Deus noſter pater

pijſſimus, nos ab hac vita migrare faciat, quando nobis magis expedit.

Raptus eſt ne malitia mutaret intellectum; inquit Scriptura.

Sæpe lōga vita homini malo eſſe ſolet, nam ſenes ſolent videre homicidia filiorum, & ſimilia, quæ noluiſſent videre, ſed præmori.

Breuis mora in Paradiſo excedit omnes vitas, quamuis fœliciſſimas Regum, & Imperatorū. pſal. quoniam melior eſt miſericordia tua ſuper vitas.

Sancti optabant mortem, vt Chriſto fruerentur. Paul. cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto.

Vita noſtra eſt vnus dies hybernus, breuis, ac plenus tempeſtatibus.

Vita noſtra breuiſſima ad inſtar puncti, vmbræ, & vaporis, Iob. ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto deſcendunt ad

infer-

infernum, & pſal. dies noſtri quaſi vmbra ſuper terram, & nulla eſt mora: & Iacob. Vapor eſt ad modicum parens, & deinceps exterminabitur.

Omnis ætas eſt plena miſerijs; infantia abſq; ratione debilis, & gemitibus abundans, iuuentus ſine prudentia ſpernit vtilia, diligit noxia, in ſuperiores arrogans, futura non cogitans, ſenectus ſine viribus infirma, & ſenex non eſt aliud, quàm moriens viuus, aut viuus mortuus: hinc Sapiens: Homo natus ad laborem, & Iob. militia eſt vita hominis ſuper terram: mors eripit à tot miſerijs, & nihil aliud eſt, quam ſomnus pacis, vt cantat Eccleſia, ideo cum gaudio ſuſcipi debet, tanquam finis tot miſeriarum, & principium melioris vitæ.

Si

Si moriens contriſtatur, quia relinquit diuitias, dignitates, & vxorem de nouo ductam, dici poterit.

OMnia bona huius mundi non ſunt noſtra, ſed Dei, & fuerunt nobis locata, inquit enim Deus: terra mea eſt, vos autem agricolæ, & coloni mei eſtis.

Bona huius mundi, ſeu diuitiæ ſunt onera, vnde Iob, quando fuit illis priuatus, gratias egit Deo, dicens: ſit nomini Domini benedictum, Dominus dedit, & Dominus abſtulit.

Vita etiam, quæ fęliciſſima videtur, tormētum eſt, inquit Sapiens, in auro ſpecioſa ærumna, & ſplendida eſt miſeriā, inquit etiam Sapiens.

Omne quod hic eminet, plus męroribus, q̃ hono-

honoribus afficitur, inquit canon. & Gregor.cap.omnes diſt 47.omnes huius ſæculi dilectores fortes ſunt in terrenis, debiles in cęleſtibus: finis Chriſtiani eſt frui Deo, non bonis huius mundi.

Nautæ proijciunt merces in mare, vt ſaluẽt vitam magis pretioſam, ſic nos debemus contemnere bona huius mundi, vt fruamur diuitijs cœleſtibus.

Multi Gentiles contempſerũt diuitias, multò magis Chriſtiani, qui expectant vitam æternam.

O quàm ingentes ſunt diuitiæ cęleſtes, vnde Propheta: ò Iſrael quam magna eſt glorias domus Dęi, & ingens locus poſſeſſionis eius.

Dauid in earũ contemplatione deficiebat: pſal. quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum, concupiſcit, & deficit anima mea in atria Domini.

Hæc

Digitized by Google

Hæc terra non dicitur terra viuentium, ſed cęlum: pſal. credo videre bona Domini in terra viuentium.

Sanctus Ludouicus renunciauit Regno Siciliæ, vt frueretur Regno cæleſti.

Multi Sancti in ſignum contemptus mundi voluerunt mori nudi, vt legitur de S. Franciſco, S. Hieronymo, ſacco tantùm cooperto.

Paulus vocat bona huius mundi ſtercora: omnia arbitratus sũ vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam.

Seneca, & Auguſtinus appellant bona viſcata: Chriſtus diuitias appellat ſpinas.

Si moriens timet tentationes Dæmonis poterit ei dici.

ADuerſus Dæmones vnicum eſt remedium, confidentia in Deo, qui promiſit non

non derelinquere confidentes in ſe.

Qui confidit in Domino ſicut mons Sion, non commouebitur in æternum.

Qui habitat in adiutorio altiſſimi in protectione Dei cęli commorabitur; & poteſt declarari totus pſalmus.

In te Domine ſperaui non confundar in æternum.

Qui ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem, aſſument pennas, vt Aquilæ volabunt, & non deficient, current, & non laborabunt.

Deus tamùm liberat à tentatione: pſal. quoniam in te eripiar à tentatione, & in Deo meo tranſgrediar murum. & alibi: Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.

Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis. pſalm.

Si moriens erit homo iuſtus, ne inducatur in vanam gloriam, & ſuperbiam, poterit ei dici.

HOmo quamuis iuſtiſſimus debet omnem ſuam ſpem collocare in miſericordia Dei, & paſſione Domini noſtri Ieſu Chriſti aliquibus verbis ſacræ Scripturæ.

Quis poteſt dicere mundum eſt cor meum, purus ſum à peccato, inquit Sapiens, quaſi pannus menſtruatæ vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ, inquit Propheta, ſi iuſtificare voluero me, os meum condemnabit me, ecce Luna non ſplendet, & Stellæ non ſunt mundæ in conſpectu eius, quanto magis homo putredo, & filius hominis vermis, inquit Iob, & idem: qui etiam ſi habuero quidpiam iuſtum, non reſpondebo,

debo, ſed meum Iudicem deprecabor.

Nihil mihi conſcius ſum, ſed in hoc iuſtifi-catus ſum, inquit Paulus.

Et cum hæc omnia feceritis, quæ præcepta ſunt vobis dicite ſerui inutiles ſumus, inquit Chriſtus.

Si moriens fuit damnatus ad ſupplicium.

VLtra omnia ſupradicta, quæ ſunt communia omnibus morientibus poterit addi.

Primò; debet damnatus conformari ſe pro viribus Chriſto innocentiſſimo, eunti ad ſupplicium, qui plura documenta reliquit.

Patienter ſufferre mortem, eius exemplo, qui tanquam Agnus ad occiſionem ductus eſt.

Non debet conqueri de amicis, & conſanguineis, quod dereliquerint eum, cum Chriſtus fuerit ab omnibus diſcipulis derelictus.

Debet parcere inimicis ſuis, exemplo Chriſti, qui cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur, immo orauit pro inimicis ſuis: Pater ignoſce illis.

Debet, ſi habet licentiam à Principe, diſponere de rebus ſuis, & prouidere filijs, & vxori, exemplo Chriſti, qui matrem ſuam Ioanni commendauit.

Debet conteri de peccatis, conſiderans Chriſti mortem, vt eum ſaluum faceret, in qua petræ ſciſſæ ſunt.

Non debet timere peccata, quia Chriſtus pro eo paſſus eſt, ſed humiliter illum deprecari, vt communicet ei fructum paſſionis.

Non

Nō debet timere mortem, quia mors Chriſti interfecit mortem: O mors ero mors tua, & morſus tuus ero inferne: omne enim reſurgemus.

Conſideret, quomodo Chriſtus Paradiſum conceſſit Latroni; remiſit peccata Publicano, Magdalenæ, & dixit veniſſe vocare non iuſtos, ſed peccatores.

Brachijs apertis vocat te, & ſub pennis eius ſperabis, ideſt brachijs extenſis in Cruce.

Debet gratias agere Deo, quòd reuelauerit ei diem mortis, vt ſe præpararet, iuxta pſalm. Notum fac mihi Domine diem meum, vt ſciam, quid deſit mihi; vnde legitur de D. Gregorio, quòd poſt mortem ſuam reuelauerit diem mortis pluribus perſonis, vt ſe præpararent.

Conſideret Dei miſericordiam, qui pauperculos, & contritos reſpicit, vt ſaluet: Ad quem reſpiciam, niſi ad paupercu-

lum,

Digitized by Google

lum, & contritum ſpiritu.

Conſideret etiam, melius es in hac vita pę-nitentiam agere, quàm in alio ſæculo, cum pęnæ purgatorij ſint atrociores omnibus pœnis huius mundi illatis à quouis Tyranno.

Non conqueratur; ſi fortè incedit vilibus veſtibus indutus, cum Chriſtus vltra Diuinitatem ex ſtirpe Regia deſcendens tanquam fatuus veſte alba per Ciuitatem celeberrimam Hieruſalem ductus fuerit.

LAVS DEO.

Imprimatur. Lælius Taſtius Vic. Gener.

D. Alexander Ruſſus Canonicus Deput.

D. Antonius Caracciolus Cl. Reg. Deput.

VITTORIO EMANUELE BIBLIOTECA IN ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

6-4

Digitized by Google